

REVUE BYZANTINE

SUPPLÉMENT DU TOME I.

ВИЗАНТИЙСКОЕ ОБОЗРѦНИЕ

Приложение къ I тому.

№. 1.

PRODROMVS SYLLOGES

VITARVM LAVDATIONVMQVE

SANCTORVM

CONSTANTINI M. ET HELENAE

MATRIS EIVS

GRAECE ATQVE SLAVICE MOX EDENDARVM.

SCRIPSIT

MICHAEL KRAŠENINNIKOV.

— — — \* — —

Юрьевъ.

Типографія К. Маттисена,

1915.

VENERANDAE MEMORIAE

VICTORIS JERNSTEDT

MAGISTRI

DILECTISSIMI DESIDERATISSIMI

SACRVM

PRODROMVS SYLLOGES  
VITARVM LAVDATIONVMQVE  
**S. CONSTANTINI MAGNI**  
ET  
**S. HELENAE MATRIS EIVS.**

**CAPVT I.**

Victor Jernstedt, cum Romae anno 1883 degens bibliothecas et urbanas et Vaticanam frequentaret multosque ibi codices Graecos evolveret excuteretque, inter alia in tres notatu sane dignissimas necdum — tunc quidem temporis — editas narrationes de ss. Constantini Magni et Helenae matris eius vita gestisque feliciter incidit, quae codicibus Angelico Gr. 22 (olim D. 3. 10 signato) saec. XI, Vaticano Gr. 974 saec. XI, Vallicellano C. 34 saec. XIV continentur<sup>1)</sup>, — omnesque, ut par est, has narrationes aliquando editurus Angelicam et Vaticanam accuratissime transscripsit, Vallicellanam autem cum Vaticana a se transcripta diligentissime contulit.

---

1) Narrationis, quae codice Angelico Gr. 22 continetur, fragmenta haud pauca optime, ut solet, Pius Franchi de' Cavalieri anno 1897 in *ephemeridis Romanae*, quae „*Studi e documenti di storia e diritto*“ inscribitur, vol. XVIII publici iuris fecit. Eadem narratione postea Iosephus Bidez usus est, Philostorgii quae supersunt optime diligentissimeque recensens (Berol. 1913). — Quod autem ad duas reliquas attinet narrationes, quas ex communi fonte profluxisse certum est, — utramque anno 1907 Michelangelus Guidi edendam curavit (*Rendiconti della Reale Accademia dei Lincei*, classe di scienze morali, storiche e filologiche, ser. V, vol. XVI, p. 306—340. 637—655), quem tamen virum doctissimum munere suo minus feliciter functum esse infra demonstrabimus.

Ac primum quidem sperasse videtur vir clarissimus se Vaticanae saltem narrationis editionem brevi paraturum esse<sup>1)</sup>), mox tamen, posteaquam passim haud paucos extare codices cognovit, quorum alii narrationes huius Vaticanae, alii Vallicellanae supra laudatae simillimas praebent, haec quoque subsidia critica atque alia similia pro parte virili adsciscenda esse censuit, ideoque — post editam anno 1886 in Epiphaniī Hierosolymitani editione a Basilio Vasiljevski publicata<sup>2)</sup> Vaticanae illius narrationis eam partem (= Constant. Vitae E §§ 224—251, cf. p. 643, 24—648, 16 editionis Guidianaē supra laudatae), qua de aedibus sacris in Palæstina s. Helenae iussu constructis agitur, — quaecumque de ss. Constantini et Helenae vita rebusque gestis e codicibus Graecis per varias dispersis bibliothecas erui poterant, sedulo conligere coepit, alias libros manu scriptos ipse diligentissime conferens, alii, quos inspiciendi copiam non habuit, ut in usum suum summa cum cura transscriberentur vel conferrentur aut saltem excerpterentur, a discipulis, amicis, notis petens.

Quae cum ita essent, iam intra aliquot annos amplissimas copias, quae infra enumerabuntur, concessit; has tamen quominus ipse ad editionem parandam adhiberet, primum quidem alia varia opera diversaque studia aut graviora urgentiorave aut iucundiora ipsi visa impedimento fuere; deinde morbus supervenit gravissimus, quo sub vitae finem correptus vir clarissimus iam nullo modo vires integras recuperare potuit, quin etiam in dies fere magis magisque conficiebatur; denique morte inmatura iniquissime litteris suisque anno 1902 die 21 mensis Augusti praereptus est.

Anno 1903 Lydia Jernstedt, clarissima femina omnię laude digna, illius viri summi summeque semper venerandi morte

1) Cf. A. Wesselofsky, „Romaniae“ vol. XIV (a. 1885) p. 142 sq.: „J'indique pour le moment une vie de Constantin et d'Hélène, conservée dans un manuscrit du XI<sup>e</sup> siècle et présentant, pour l'épisode qui nous occupe, la tradition même de Nicéphore Calliste, sauf le texte, qui est différent. Je dois la connaissance de ce texte à mon collègue, M. Iernstedt, qui va le publier prochainement dans les Mémoires de l'Académie impér. de Saint-Pétersbourg.“

2) Διηγησις Ἐπιφανοῦ περὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ καὶ τῶν ἐν αὐτῇ τόπων. Σύγγραμμα ἑλληνικὸν τῆς Θ' ἐκανονετηρίδος ἐκδοθὲν, φωσποὶ μεταφρασθὲν καὶ διερμηνευθὲν ὑπὸ Βασιλείου Βασιλέντ σχη. — П о в ъ с т ь Е п и ф а н і я о л е р у с а л и м е и с у щ и х в ъ н е м ъ м ъ с т ь, изданная, переведенная и объясненная В. Г. В а с и л є в ск и мъ („Православный Палестинский Сборник“, fasc. 11 [= vol. IV, 2], Petropoli 1886), append. III, p. 254—258.

viduata, omnes eius schedas, quibus illae copiae ab eo congestae continentur, benignissime humanissimeque mihi transmisit, ut opus a magistro dilectissimo desideratissimo iam dudum incohatum ad finem perducerem narrationumque de ss. Constantini et Helenae vita gestisque syllogen, quam ille editurus fuerat, tandem in lucem proferrem.

## CAPVT II.

Quantas autem copias ille vir summus congesserit, iam hic legentes edocebit index.

1. Cod. Athous laurae s. Athanasii, membraneus, saec. fere XI, fol. 31 col. 1 — fol. 42 col. 1: *Bίος καὶ πολιτεία τοῦ μεγάλου καὶ ἀστικοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου τοῦ πρώτου ἐν χριστιανοῖς βασιλεύσαντος.*

A Gregorio Cereteli, Victoris Jernstedt discipulo dignissimo, rogatus anno 1901 contulit hunc codicem R. P. Ioannes Chrysostomus Lauriotes, qui etiam duo scripturae codicis specimenia ab ipso accuratissime facta adiecit. — Codicis numerum, — si qui exstat, — a viro humanissimo non esse indicatum sane dolendum est.

2. Cod. Athous monasterii *Βατοπεδίου* 79, membraneus, saec. XI<sup>1)</sup>, fol. 110 v.—123 v.: *Πολιτεία<sup>2)</sup> τῶν ἀγίων πατέρων καὶ ἐπικοπτῶν γεναμένων ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ καὶ βασιλίδι πόλει, Μητροφάνους καὶ Ἀλεξάνδρου. ἐν ταύτῳ δὲ καὶ ὁ βίος τοῦ εὐσεβοῦς Κωνσταντίνου γενομένου βασιλέως ἡμῶν.*

Transscripsit Gregorius Cereteli.

[3]. Cod. Athous monasterii *Βατοπεδίου* 382, chartaceus, saec. XV—XVI, fol. 160—197: *Bίος καὶ πολιτεία τῶν ἀγίων καὶ ἐνδόξων καὶ φιλενσεβῶν μεγάλων βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης, καὶ ἡ φανέρωσις τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ<sup>3)</sup>.*

1) Saeculo XI hunc codicem exaratum esse Gr. Cereteli atque Th. Schmitt (Θ. И. Шмидтъ Каталогъ житійныхъ рукописей Ватопедского монастыря на Аѳонѣ, — in „Извѣстія Русскаго Археологическаго Института въ Константиноополѣ“, vol. VIII, 1903, — p. 265) censem, saeculo X attribuit Ath. Papadopoulos-Kerameus (‘Ανάλεκτα Ἱεροσολυμιτικῆς σταχνολογίας, vol. V, Petropoli 1898, p. 1, item p. 169 adn. 1 atque p. 384).

2) πολιτεία cod.

3) Cf. Schmitt, l. c., p. 284, 150.

Exscripsit hanc narrationem Nicolaus Krasnoselcev, vir clarissimus, universitatis Caesareae Novorossicae (Odessae) olim professor († anno 1898), suumque apographum Victori Jernstedt humanissime donavit, quod tamen casu quodam infelici in schedis Jernstedtianis omnino delituisse valde doleo.

4. Cod. Athous monasterii s. Dionysii 199 [n. 3733 secundum Lambri catalogum, vol. I p. 360], chartaceus, saec. XIV potius quam XV<sup>1)</sup>), fol. 1—70 v.: *Bιος καὶ πολιτεία τῶν ἀγίων καὶ ἐνδόξων καὶ φιλενσεβῶν μεγάλων βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης, καὶ φανέρωσις τοῦ <τιμίου σταυροῦ><sup>2)</sup>.*

Huius narrationis initium tantum transscripsit Gregorius Cereteli, — quominus plura exscriberet, temporis angustiis impeditus.

5. Cod. Athous monasterii Iberorum (*τῶν Ἰβήρων*) 593 [n. 4713 secundum Lambri catalogum, vol. II p. 179], chartaceus, anno 1540 exaratus, fol. 154—166: *Bιος καὶ πολιτεία τοῦ μεγάλου καὶ ἀοιδίμου βασιλέως Κωνσταντίνου τοῦ πρώτου ἐν χριστιανοῖς βασιλεύσαντος.*

Transscripsit Gregorius Cereteli.

6. Cod. Athous τοῦ Πρωτάτου τῶν Καρυῶν 48 [n. 48 secundum Lambri catalogum, vol. I p. 7], chartaceus, saec. XIV potius quam XV<sup>3)</sup>), fol. 17—25 v.: *Bιος καὶ πολιτεία τοῦ μεγάλου καὶ ἀοιδίμου βασιλέως Κωνσταντίνου τοῦ πρώτου ἐν χριστιανοῖς βασιλεύσαντος.*

Contulit Gregorius Cereteli.

7. Cod. Florentinus bibliothecae Laurentianae plut. LIX, 13, chartaceus, saec. XV, fol. 332—373 v.: *Bιος καὶ πολιτεία τῶν ἀγίων καὶ ἐνδόξων καὶ φιλενσεβῶν μεγάλων βασιλέων Κωνσταντίνου<sup>4)</sup> καὶ Ἐλένης (sic), καὶ φανέρωσις τοῦ τιμίου καὶ ζωποιοῦ σταυροῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

Contulit Hieronymus Vitelli vir clarissimus mense Decembri anni 1896.

1) Saeculo XIV scriptum esse hunc codicem Cereteli censet, ad saeculum XV eundem refert Spyridon Lambros (*Κατάλογος τῶν ἐν ταῖς βιβλιοθήκαις τοῦ Αγίου Δροῦς ἐλληνικῶν κωδίκων*, Cantabrig. 1895—1900), l. c.

2) καὶ φανέρωσις τοῦ: — in scheda Cereteliana enotatum esse obiter moneo.

3) Cf. supra adn. 7.

4) κωνσταντίνου cod.

8. Cod. Hierosolymitanus bibliothecae Patriarchalis Sabaiticus 366, bombycinus, saec. XIII, — nisi quod fol. 3—8 chartacea sunt et saec. XVI vel XVII adiecta<sup>1)</sup>. Foliis 5—22 ss. Constantini et Helena vita continetur, cuius

A) pars recentior (fol. 5—8 v., folio 8 r. vacuo relictō, sine ulla tamen contextus iactura), — quae quin ex eiusdem bibliothecae Patriarchalis Hierosolymitanae codice Sabaitico 281, bombycino, saec. XIII, fol. 21 sqq.<sup>2)</sup> transscripta sit, equidem nullus dubito, — sic incipit:

*Bίος καὶ πολιτεία τῶν ἀγίων<sup>3)</sup> ἐνδόξων καὶ φιλευσεβῶν μεγάλων βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης<sup>4)</sup>, καὶ φανέρωσις τοῦ τιμίου καὶ ἔωστοισθεντοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. πάτερ, εὐλόγησον·*

Toῦ μακαριωτάτου καὶ ἀγιωτάτου καὶ πρώτου τῆς τῶν χριστιανῶν εὐσεβείας Θεοῦ χάριτι πιστοῦ καὶ φιλοχρίστου μεγάλου βασιλέως Κωνσταντίνου βίον κτλ.

Desinit hisce verbis (fol. 8 v.): *ξενισθέντων δὲ τῶν ἀνδρῶν ἐκεῖσε, συνέβη τὸ μειούμενον παρὰ τῶν τηνικαῦτα ξενοδοχονμένων ανδρῶν, παροξυνθέντα*

B) Pars autem antiquior sic incipit (fol. 9): *Κωνσταντίνου παροξυνθέντα, ἀνιᾶσθαι· ὡς δὲ τοῦτο ἐπέπληττον οἱ ἀνδρες, ἀντιποιούμενη ἡ μήτηρ τοῦ βρέφους, κατάδηλον τοῦτο ἐποίησε τίνος εἴη δὲ παῖς, κτλ.*

Hanc de Constantini vita narrationem Athanasius Papadopoulos-Kerameus vir clarissimus totam transscripsit et apographum suum Victori Jernstedt dono dedit<sup>5)</sup>.

9. Cod. Oxoniensis bibliothecae Bodleianae Barroccianus Gr. 240, membraneus, saec. XII, fol. 168—170: *Bίος ἐν συντόμῳ τῶν ἀγίων καὶ ἐνδόξων μεγάλων βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης*.

1) Cf. uberrimam totius huius codicis descriptionem, quam praebet Ath. Papadopoulos-Kerameus, ‘Ιεροσολυμιτικὴ Βιβλιοθήκη’, vol. II, Petropoli 1894, p. 482—492.

2) Hunc codicem uberioris describit idem Ath. Papadopoulos-Kerameus, l. c., p. 400—404.

3) Post ἄγλων addit. καὶ cod. Sabaiticus 281, — cf. ‘Ιεροσολ. Βιβλιοθ.,’ II p. 401, 2.

4) ‘Ἐλένης (spir. aspero) minus recte ex hoc codice adfert Papadopoulos-Kerameus, l. c., p. 482, 1.

5) Cf. ‘Ιεροσολ. Βιβλιοθ.,’ II p. 482, 1.

Huius narrationis initium tantum (*Διοκλητιανὸς, ἀνελῶν Καρῆνον τὸν νῖὸν Κάρου καὶ ἀντ’ αὐτοῦ βασιλεύσας πτλ.*) exscripsit atque clausulam (inde a verbis ὁ Θεός δὲ ὁ μεγάλα ποιήσας θαυμάσια, ὁ δοξάσας πτλ.) contulit anno 1896 Georgius Guilelmus Wheeler vir doctissimus. — Cf. infra n. 35.

[10]. Cod. Oxoniensis bibliothecae Bodleianae Canonicianus 19, chartaceus, saec. XV (et XVI), fol. 190 v.—197: *Bίος καὶ πολιτεία τοῦ ἀγίου καὶ ἐνδόξου ἀποστόλου [sic, — requiritur καὶ] ἴσαποστόλου] Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης, πῶς ἐστράτευσαν ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν καλούμενον Δανούβην, χώραν τῆς ἀνατολῆς<sup>1)</sup>.*

Initium tantum (*Ἐν ἔτει ἑβδόμῳ τῇ βασιλείᾳ Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου πτλ.*) transscrispsit anno 1896 idem Georgius Guilelmus Wheeler, sed haec quoque schedula inter schedas Jernstedtianas nescio quomodo delituit.

11. Cod. Oxoniensis bibliothecae Bodleianae Clarkianus Gr. 44, membraneus, saec. XII—XIII, fol. 80 v.—104 v.: *Bίος καὶ πολιτεία τῶν ἀγίων ἐνδόξων καὶ φιλενσεβῶν μεγάλων βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης, καὶ φανέρωσις τοῦ τιμίου καὶ ξωποιοῦ ἀγίου σταυροῦ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

Contulit a. 1896 Georgius Guilelmus Wheeler mercede conductus.

12. Cod. Oxoniensis bibliothecae Bodleianae a Thoma Roe donatus Gr. 9, chartaceus, saec. XV<sup>2)</sup>: *Bίος καὶ πολιτεία τῶν ἀγίων καὶ ἐνδόξων καὶ φιλενσεβῶν μεγάλων βασιλέων καὶ ἴσαποστόλων Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης, καὶ φανέρωσις τοῦ τιμίου καὶ ξωποιοῦ σταυροῦ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

Contulit a. 1896 G. G. Wheeler mercede conductus.

13. Cod. Oxoniensis bibliothecae Bodleianae Seldenianus Gr. 46, membraneus, „sec. fors. XII. exeuntis“<sup>3)</sup>,

1) Cf. H. O. Cox e Catalogi codd. mss. bibliothecae Bodleianae pars III, Oxonii 1854, col. 26 A (ubi *Δανονβῆν* adfertur), atque C. van de Vorst et H. Delehaye, Catalogus codicum hagiograph. Graecorum Germaniae Belgii Angliae, Bruxell. 1913, p. 360, 13.

2) Sic aetas codicis a Cox eo definitur, l. c. pars I col. 464; „saec. XV—XVI“ exaratum eum esse van de Vorst et Delehaye l. c. p. 328 existimant.

3) Cox e Catalogi supra laudati pars I, Oxoniae 1853, col. 607 C. — Cf. van de Vorst et Delehaye l. c. p. 346 („saec. XII exaratus“), qui hunc codicem sic signant: „Selden. Arch. B. 53.“

fol. 233—262: *Bίος καὶ πολιτεία τῶν ἀγίων καὶ ἐνδόξων καὶ φιλευσεβῶν μεγάλων βασιλέων Κωνσταντίνου<sup>1)</sup> καὶ Ἐλένης, καὶ φανέρωσις τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ ἀγίου<sup>2)</sup> σταυροῦ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

Contulit a. 1896 G. G. Wheeler mercede conductus.

**14.** Cod. Parisinus bibliothecae Nationalis Gr. 1453, membraneus, saec. XI, fol. 68—91 v.: *Bίος καὶ πολιτεία τῶν ἀγίων καὶ ἐνδόξων καὶ φιλευσεβῶν μεγάλων βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης, καὶ φανέρωσις τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ ἀγίου σταυροῦ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος<sup>3)</sup> ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

Contulit ipse Victor Jernstedt.

**15.** Cod. Parisinus bibliothecae Nationalis Gr. 1608, bombycinus, saec. XIV, fol. 64 v.—109 v.: *Bίος καὶ πολιτεία τῶν ἀγίων καὶ ἐνδόξων καὶ φιλευσεβῶν μεγάλων βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης<sup>4)</sup>, καὶ φανέρωσις τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ ἀγίου<sup>5)</sup> σταυροῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

Contulit ipse Victor Jernstedt.

**16.** Cod. Patmius 257, membraneus, saec. XI potius quam XII<sup>6)</sup>, fol. 133 v.—144: *'Εκ τοῦ ἵστορικοῦ Ἀλεξάνδρου μοναχοῦ, ὑπόμνημα εἰς τὸν ἐν ἀγίοις καὶ μέγαν Κωνσταντίνον τὸν βασιλέα.*

Transscripsit Athanasius Papadopoulos - Kerameus mense Maio a. 1891 et apographum suum Victori Jernstedt donavit.

**17.** Cod. Romanus bibliothecae Angelicae Gr. 22 (olim D. 3. 10), membraneus, saec. XI, fol. 1—54: de s. Constantini vita gestisque narratio valde notabilis, in initio mutila, partim e codice Hierosolymitano Sabaitico 366 supra laudato (n. 8) sup-

1) *Κωνσταντίνου*, quod apud Coxeum l. c., col. 609 E, legitur, merae operarum neglegentiae deberi obiter moneo.

2) Hanc vocem omittunt van de Vorst et Delehaye l. c. p. 348, 20, codice invito.

3) Verba καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος in CHP., — quibus siglis Catalogum codicum hagiographicorum Graecorum biblioth. Nationalis Parisiensis, quem ediderunt hagiographi Hollandiani et H. Omont (Bruxellis et Parisiis, 1896), brevitas causa significabo, — p. 121, 3 praetermissa esse obiter adnoto.

4) Sic (Ἐλένης) cod., — ‘Ἐλένης tacite reposuerunt Catalogi modo laudati (CHP.) editores p. 278, 3.

5) ἄγιον cod.

6) Saeculo XI hunc codicem scriptum esse Ath. Papadopoulos-Kerameus existimat, saeculo fere XII — Ioannes Sakkelion, *Πατμιακὴ Βιβλιοθήκη*, Athenis 1890, p. 125.

plenda, — qua de Pius Franchi de' Cavalieri egregiam conscripsit commentationem<sup>1)</sup>, simul aliquot eius locos proferens.

Ab ipso Victore Jernstedt anno 1883 hanc Constantini vitam e codice transscriptam esse iam supra commemoravi<sup>2)</sup>.

18. Cod. Romanus bibliothecae Vallicellanae C. 34 [n. 36 secundum Aemidii Martini viri clarissimi catalogum<sup>3)</sup>], bombycinus, saec. XIV<sup>4)</sup>, fol. 70 v.—79 v. atque 212 r.—212 v.: *Bίος καὶ πολιτεία τῶν ἀγίων καὶ ἐνδόξων καὶ φιλευσεβῶν μεγάλων βασιλέων Κωνσταντίνου<sup>5)</sup> καὶ Ἐλένης<sup>6)</sup>, καὶ ἡ φανέρωσις τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ ἀγίου σταυροῦ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Quae narratio in fine mutila est ingentique insuper inter fol. 79 v. et 212 laborat lacuna.*

Contulit ipse Victor Jernstedt anno 1883, ut iam supra commemoravi.

19. Cod. Vaticanus Gr. 974, membraneus, saec. XI, fol. 1—35: *Bίος καὶ πολιτεία τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ λήξει εὐσεβοῦς, πιστοτάτου, μεγάλου καὶ πρώτου βασιλέως ἡμῶν τῶν χριστιανῶν Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης τῆς<sup>7)</sup> μητρὸς αὐτοῦ.*

Transscripsit ipse Victor Jernstedt anno 1883, quod itidem supra commemoratum est.

20. Cod. Vaticanus Gr. 975, chartaceus, saec. XVI, fol. 1—28 (quorum tamen folii 17 r. fere tertia pars et fol. 17 v.—19 v.

1) P. Franchi de' Cavalieri Di un frammento di una vita di Costantino nel codice greco 22 della biblioteca Angelica („Studi e documenti di storia e diritto“, vol. XVIII, Romae 1897, p. 89—131).

2) Codicem Vaticanum Ottobonianum Gr. 390, chartaceum, anno 1537 exaratum, cuius foliis 49—83 eadem Constantini vita continetur in initio mutila, iisdem verbis (*τῆς ὑπεκείνον ἀρχῆς κτλ.*) incipiens eademque hians lacuna (fol. 53 v. — 54), quae in Angelico quidem illo codice propter unius folii iacturam orta est, iusto fure omnino sprevit Victor Jernstedt, utpote ex Angelico illo iam mutilo facto transscriptum.

3) E. Martini Catalogo di manoscritti greci esistenti nelle biblioteche italiane, vol. II (Mediolan. 1902): Catalogus codd. Graecorum qui in Bibliotheca Vallicelliana Romae adservantur, p. 61 sqq.

4) Cf. Martini, l. c., p. 61.

5) *κωνσταντίου* cod.

6) Sic (*ἐλένης*) cod., quo invito *ἐλένης* in catalogo supra laudato p. 63, 11 legitur.

7) Hanc voculam (*τῆς*) in CHV., — scil. in Catalogo codicum hagiographorum Graecorum biblioth. Vaticanae, quem ediderunt hagiographi Bollandiani et P. Franchi de' Cavalieri (Bruxellis 1899), — p. 94 omis- sam esse obiter adnoto.

vacua relictā sunt): *Bιος καὶ πολιτεία τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ λήξει εὐσεβοῦς, πιστοτάτου, μεγάλου καὶ πρώτου βασιλέως ἡμῶν τῶν χριστιανῶν Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης τῆς μητρὸς αὐτοῦ.* Quae narratio e cod. Vaticano Gr. 974 (n. 19) transscripta est — eo tempore, quo hic codex paulo integrior fuit.

Contuli folia 1—12 v. et 16 v.—17 annis 1892 et 1893.

21. Cod. Vaticanus Gr. 1079, chartaceus, saec. XIV potius quam XV, fol. 187 v.—222: *Bιος καὶ πολιτεία τῶν ἀγίων καὶ ἐνδόξων φιλενσεβῶν καὶ μεγάλων βασιλέων καὶ ἵσπαστόλων<sup>1)</sup> Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ ἡ φανέρωσις τοῦ τιμίου καὶ ξωποιοῦ ἀγίου σταυροῦ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

Huius codicis fol. 187 v.—211 e g o anno 1892 transscripti, reliquam autem eiusdem narrationis partem anno insequenti (1893) contuli.

Praeterea commemorandi sunt duo Codini qui fertur codices, quos ipse Victor Jernstedt contulit, ad Constantini vitae, quae codicibus Angelico 22 et Hierosolymitano Sabaitico 366 supra laudatis (nn. 17 et 8) continetur, contextus crisin certius factitandam utrumque adhibiturus, et quidem —

22. Cod. Vindobonensis hist. Gr. 37 Nessel. (Kollar. Suppl. cod. 126), chartaceus, saec. XIV—XV, fol. 1—40 v., col. I: *Πάτραι Κωνσταντινουπόλεως.*

Fol. 1—8 col. I contulit Victor Jernstedt, quibus continentur *Πάτραι Κωνσταντινουπόλεως<sup>2)</sup> καὶ πόθεν ἐκλήθη Βυζάντιον καὶ πόθεν κατάγεται Βύζας<sup>3)</sup>.* Φασὶ μὲν Ἀργείους . . . . ἡ πόλις Ἀντωνίνια προσηγορεύετο<sup>4)</sup> ἀπὸ δὲ τοῦ Βύζαντος . . . . καθὼς εἰς τὸν περὶ κτισμάτων<sup>5)</sup> περιέχει, — cf. Scriptores originum Constantinopolit., rec. Th. Preger, p. 2,1—16,8 et 135,6—150,23.

23. Cod. Romanus bibliothecae Vallicellanae D. 23 [n. 55 secundum Aemidii Martini catalogum supra laudatum,— p. 87 sq.], chartaceus, saec. XVI, fol. 328—343 v.: *Παρεκβολαὶ ἐκ τῆς βιβλου τοῦ χρονικοῦ περὶ τῶν πατρίων τῆς Κωνσταντινουπόλεως,*

1) εἰσαποστόλων cod., — quod iam in CHV. p. 96,5 tacite correctum est.

2) κωνσταντίνου πόλεως cod., utraque voce per compend. exarata.

3) βύζας cod.

4) πόλης ἀνιωνίνα προσηγωρεύετο cod.

5) εἰς τον (sic) περικτησμάτων cod.

*καὶ πόθεν ἐκλήθη Βυζάντιον, συντεθεῖσαι παρὰ κυρίου Γεωργίου τοῦ Κωδινοῦ.*

Huius operis initium tantum contulit Victor Jernstedt, et quidem Φασὶ μέν τινες Ἀργείους . . . . ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ ποιησαμένους ὃφ' ἡγεμόνα Βύζαντα (sic), — cf. Scriptores origg. Constantiopolit., rec. Preger, p. 2,1—3,5, — cum nullius fere pretii esse istum codicem Vallicellanum perspexisset.

### CAPVT III.

Has copias amplissimas iam dudum a magistro clarissimo desideratissimo congestas quominus ipse publici iuris faceret, Fortuna (ut Senecae verbis utar) viris invida fortibus prohibuit. Quin immo varias ob causas, quarum mentionem iam supra feci, ne ad parandam quidem editionem accedere viro clarissimo fere licuit, ut illas copias paene intactas relinquere. Nam praeter trium codicum (Parisinorum nn. 14 et 15 atque Angelici n. 17) descriptiones accuratissime ab ipso factas ac nonnullos Hesychii Milesii, Theophanis, Gelasii Cyziceni, Eusebii locos similes ad singularum Constantini Vitarum contextum partim exscriptos, partim notatos, nec non ipsius emendationes coniecturasque hic illic obvias — singulae tantummodo notae quaedam, plerumque plumbo, partim atramento scriptae, in ipsius schedis reperiuntur; quarum pleraeque cum ad quaestione de ratione inter varias Vitas intercedente solvendam non nihil conferant, haud ab re duco hic omnes eas religiose, ut par est, proferre.

1. „Въ Bibliotheca hagiographica надо посм(отрѣть), какія есть житія Константина и Елены“.

2. „Въ какомъ отношеніи находится легенда о Константинѣ къ легендѣ о нахожденіи креста“.

3. „Еще нужно установить:

„1) съ какою редакціей (т. е. Vat. 974 или Vat. 1079) со-  
„гласно начало Иерусалимского текста [= n. 8];

„2) какая связь между Ватиканскими редакціями съ одной  
„стороны и Англикано-Иерусалимской — съ другой;

„3) если есть связь, то съ какою изъ Ватиканскихъ ре-  
„дакцій болѣе согласна Англикано-Иерусалимская“.

4. „Отступлениe отъ другой редакціи начинается тамъ, где  
авторъ этой редакціи счелъ нужнымъ иначе освѣтить отно-

шеніе Константа къ христіанству и ознакомленіе Константина съ новой вѣрой. Въ этой (Ватиканской) редакціи, очевидно, тенденціозная окраска.“

Hae quattuor notae in una eademque scheda scriptae sunt. In alia haec leguntur :

5. „Vallicellana [scil. Vita] C. 34 (f. 70 v.—86 r.): *βίος καὶ πολιτεία τῶν ἀγίων* [exscriptus est totus titulus supra adlatus — n. 18]. *Κ(ύριε) εὐ(λόγησον.*

„Нач. *Τὸν τοῦ μακαριωτάτου* [exscriptum est initium — cf. p. 306, 1—10 editionis Guidianaе supra commemoratae p. 1 adn. 1) usque ad verba] *καὶ τῆς χριστιωνύμου* [i m m o χριστιωνύμου] *κλήσεως εὐπηθὲς ἀκροατήριον.* Р(укопи)сь 14-го вѣка, пар.

„Сначала многое общаго, потомъ другое. Мостъ Milvius назв(анъ) *Φουλβία γέφυρα.*

„f. 78 v. *ἥν δε τοιῶδε σχήματι κατεσκευασμένον.* ὑψηλὸν δόρυ *χρυσῷ κατεσκευασμένον* κέρασ, εἶχεν ἐγκάρδιον στ(av)ροῦ *σχήματι πεποιημένον.*

„Сходство идетъ, каж(ется), до f. 79 вкл(ючительно): *ἀποκατασταθῶσι τοίνυν ταῖς μητράσιν αὐτῶν οἱ φίλτατοι παιδεῖς ἵνα ἡ γλυκύτης τῶν νιῶν ταῖς μητράσιν ἀποδοθεῖσα· τὴν τῶν δακρύων ἥδυνη πικρότητα· καὶ πάντα εἰπῶν, αὐθίσις ὑπέστρεψεν ἐπὶ τὸ παλάτιον.“*

His accedunt aliquot haud absimilis argumenti adnotationes in codicum apographis hic illic a Victore Jernstedt adiectae, quas et ipsas hoc loco una omnes componere mihi liceat.

6. „Vat. 974 = Vat. 975.“

7. „Vall(icellan. C. 34) = Vat. 1079.“

8. „Что πέρας вѣрно доказываетъ 9,3“ — ad illa (Vitae E § 16) *καραδοκῶν τὸ ἀποβησόμενον πέρας* (sic Vaticanus 974, τέρας Vallicellanus) *ἐκ τῆς νυκτερινῆς ὀπτασίας* (cf. p. 309, 12 s. ed. Guidi), — ubi illo „9,3“ verba infra obvia significantur haece: *τὴν ἔκβασιν τῆς ὀπτασίας περαὶ ωθεῖσαν μαθών* (Vitae E § 31; cf. p. 311, 13 Guid.).

9. „NB для отношенія 1079 къ Vallicell.“ — ad illa (Vitae E § 61) *τινὲς γὰρ Ῥωμαῖοι ἐκ τῶν ἀποφυγόντων ἀπὸ προσώπου τῶν Περσῶν καὶ κρυβέντων ἔνδον τοῦ ὁρούς,* ubi Vallicellanus quidem co-

dex (n. 18) *τινὲς γὰρ* nec plura praebet, in Vaticano autem illo (n. 21) haec leguntur: *ἐκ τῶν ἀρματῶν τῶν φυγόντων εἰς τὰ ὅρη τῶν περσῶν τινὲς* (cf. p. 317, 2 s. Guid.).

10. „Лакуна [quae in codice Vaticano 974 inter fol. 22 et 23 „deprehenditur] восполняется кодексомъ 1079 и отчасти 975. Любопытно, что въ 975 послѣ лакуны <текстъ> начинается, какъ въ 974, словами 974.“

11. „Не явилось <ли> ἀπελυτρώσατο τῆς πλάνης въ 975 [immo — in Vallicellano, nam Vaticanus 975 — pariter atque Vatic. „974, cuius ille apographum est, — ἀπολύτρωσιν pro tribus illis verbis praebet] и 1079 вслѣдствіе того, что одинъ изъ нихъ „или ихъ archetypus вмѣсто ἀπολύτρωσιν прочелъ ἀπελυτρωσεν?“ — ad libri Vaticani 974 verba: δν (scil. τὸν σταυρόν) καὶ διὰ τὴν σωτηρίαν τοῦ ἀνθρωπείου γένους ὑπέμεινε καὶ ἀπολύτρωσιν, ubi Vallicellanus (n. 18) atque Vaticanus 1079 haec praebent: δν διὰ τὴν σωτηρίαν τοῦ ἀνθρωπίου (ἀνθρωπίου Vallicell.) γένους ὑπέμεινε καὶ ἀπελυτρώσατο τῆς πλάνης (p. 642, 7 s. Guid.), — quae quidem ad Vitam G pertinent, fontis vero, unde G profluxit, genuina verba haec sunt: δν διὰ τὴν σωτηρίαν τοῦ ἀνθρωπίου γένους ὑπέμεινε καὶ ἐσωσε (Vita E, § 216).

12. „Θεαθὲν вмѣсто θεόθεν подозрительно“ — ad libri Vaticani 974 verba: ή δὲ τὸν παῖδα Κωνσταντῖνον ὡτήσατο τὰ θεόθεν αὐτῇ κελευσθέντα πληρῶσαι (Vita E, § 218), quae quidem Vita G iam sic exhibet: ή δὲ τὸν παῖδα Κωνσταντῖνον ὡτήσατο πληρῶσαι τὸ θεαθὲν καὶ κελευσθὲν αὐτῇ, — codice Vallicellano medium quendam locum obtinente (η δὲ τ. π. K. ὡτήσατο πληρῶσαι τὸ θεόθεν κελευσθὲν αὐτῇ, — cf. p. 642, 14 s. Guid.).

13. „Не явились ли варианты оттого, что новые списки представляютъ собою начисто переписанныя и литературно передѣланнныя записки со словъ читающаго?

„Стремленіе къ литературной отдѣлкѣ замѣчается особенно въ мѣстахъ патетическихъ“.

Haec ad finem conlationis libri Vallicellani (fol. 212 v.) adscripta sunt.

14. „Повидимому τηγικαῦτα показываетъ, что μετὰ δὲ ταῦτα „прибавлено въ редакціи позднѣйшей“, — ad codicis Vaticanani 1079 verba: ἐν τούτοις τοῖς τόποις η μακαρία καὶ ἄγια Ἐλένη σε-

βασιλίους καὶ ἀγίους ναοὺς προστάξασα οἰκοδομηθῆναι εἰς δόξαν Χριστοῦ καὶ τῶν ἀγίων τόπων, μετὰ δὲ ταῦτα ἀντεπέρασε τὸν παρακείμενον ποταμὸν μετὰ καὶ τῶν ἀξιολόγων ἀνδρῶν, οὓς εἶχεν ἀπὸ τῆς Κωνσταντινουπόλεως (Vita G; cf. p. 645, 9 ss. Guid.), — cum libri Vaticani 974 verbis hisce conlata: ἐν τούτοις — — — οἰκοδομηθῆναι εἰς δόξαν καὶ τιμὴν τῶν ἀγίων ἡμῶν τόπων, τὸν παρακείμενον τηνικαῦτα ποταμὸν μετὰ τῆς βασιλικῆς αὐτῆς δορυφορίας καὶ τῶν ἀξιολόγων τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἀνδρῶν ἀντεπέρασε (cf. Vitae E § 235).

15. „Повидимому ясно, что 974 основано на недоразумѣніи“, — ad codicis Vaticani 974 verba: *αἱ δὲ ἐν Ἱεροσολύμοις ἰεραὶ παρθένοι, αἱ ἑστῶσαι δι’ αὐτῆς ὡς θεράπαιναι τραπέζαις, αἱς καὶ διηκόνει ἡ θεόφρων Ἐλένη διαπαντός, θείαις μνείαις αὐτὴν ἐμακάριζον* (cf. Vitae E § 268), — cum hisce Vaticani 1079 verbis conlata: *αἱ δὲ ἄγιαι παρθένοι αἱ ἐν Ἱεροσολύμοις, ἃς παριστατο καὶ διηκόνει δι’ ἑαυτῆς ἡ ἀγία Ἐλένη ὥσπερ θεράπαινα, συνεχῶς καὶ διηνεκῶς μνήμαις αὐτὴν ἐμακάριζον* (Vita G; cf. p. 653, 12 ss. Guid.).

Ceterum hic adnotare mihi liceat hunc locum in utraque Vita parum accurate redditum ex Theodori Lectoris Historia Ecclesiastica fluxisse, iisdem scilicet excerptis intercedentibus, quibus Theophanes quoque usus est, sic illa verba praebens: *αἱ δὲ ἐν Ἱεροσολύμοις ἰεραὶ παρθένοι, ἃς ἐστι ὁ σα δι’ ἑαυτῆς, ὡς θεράπαινα, ταῖς τραπέζαις διηκόνει ἡ θεόφρων Ἐλένη, διὰ παντὸς θείαις μνήμαις αὐτὴν ἐμακάριζον* (p. 27, 15 ss. Br.).

16. „Мѣсто характерное: Laur. интерполировано“ — ad eum codicis Vaticani 974) cum L(aurentiano 59, 13) ac Parisino 1608 (A littera in schedis Jernstedtianis notato) conlati locum, ubi haec leguntur (cf. Vitae E § 221, nec non p. 643, 6 s. Guid.): *ἐρευνήσαντες δὲ εὑρον καὶ τὸν ἀγίους καὶ τιμίους ἥλονς, ἐν οἷς (οὓς L pro ἐν οἷς) Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν προσηλωθῆναι (προσηλ. om. AL) ὑπέμεινε δι’ ἡμᾶς.*

Ceterum, illa quoniam ad vocem προσηλώθησαν adnotata sunt, haud ab re adiicere duco οὓς quidem in L pro illis ἐν οἷς reposita interpolatori sine dubio tribuendum esse, illud vero προσηλωθῆναι rectissime abesse, quippe quod et ipsum, utpote nusquam nisi in V ac Messanensi 26 (n. 31) obvium, quin sit interpolatum, dubitari nequeat.

17. Ad (Vitae G) locum, ubi haec leguntur (p. 321, 16 s. Guid.): *δύο κακῶν μεγίστων ἀνατολὴν καὶ δύσιν κληρωσαμένων καὶ τὸν κατὰ*

*χριστιανῶν πόλεμον ἀναρριπιζόντων*<sup>1)</sup> — propter verba καὶ τὸν κατὰ χριστιανῶν in codice R (n. 12) omissa adnotatum est: „въ P[arisinus 1453] эти слова + πόλεμον составляютъ одну строку“.

Ceterum notandum est in libro L(ugdunensi 542, — n. 29), qui eandem Vitam (G) praebet, vel ipsa illa καὶ τὸν κατὰ χριστιανῶν uno versu contineri, nec tamen hunc codicem nec illum P(arisinum) pro illius R archetypo habendos esse, cum codicem R ex eodem atque Clarkianum 44 (n. 11) et Vaticanum 1079 (n. 21) libro (z) videlicet iam deperdito eoque ab illis LP diverso profluxisse pro certo adfirmare possim. Quae cum ita sint, illa καὶ — χριστιανῶν in R ob hominem o te le u to n quod dicitur omissa esse appareat.

18. Ad alium eiusdem Vitae (G) locum — καὶ ἔκτισε τὴν αὐτὴν θεοφρούρητον πόλιν, ἐπονομάσας αὐτὴν κατὰ τὸ ἔδιον ὄνομα Κωνσταντίνού πολιν (p. 336, 25 s. Guid.) — ubi verba ἐπονομάσας — — Κωνσταντινούπολιν in codice S(eldeniano 46, — n. 13) omissa sunt, haece vir clarissimus apte adnotavit: „Въ P[arisinus 1453] πο (28) и κωνσταντινούπо находятся въ концѣ строки, т. е. S опускаетъ ровно двѣ строки Р“.

19. In alia scheda haec enotata sunt: „Въ р(укопи)си „ХIII—XIV в(ѣка), принадлежащей митрополиту Амасійскому „Анейму, есть м(ежду) пр(очимъ)

„17. Книге иже во св. отца нашего Сильвестра, папы Римскаго, о Константинѣ, боголюбезнѣйшемъ царѣ (л. 7).

1) Haec verba cum praecedentibus utique coniungenda (p. 321, 13 ss. ἀλλ᾽ δ συσσεβέστατος Μαξίντιος, καὶ ταῦτα ἀκούων, δμως τὰ κακὰ ποιεῖν οὐκ ἐπάνετο, κατὰ δὲ τὴν ἀνατολὴν Μαξιμιανὸς δ Γαλλέριος χείρονα διεπράττετο κακά) cum insequentibus Guidi perperam coniungit (p. 321, 15 ss. κακά. δύο κακῶν — ἀναρριπιζόντων, τότε καὶ Λιχίννιον κτλ.). Similiter mox infra quoque errat editor doctissimus, sic perperam interpungens p. 321, 17 ss.: τότε καὶ Λιχίννιον Καλοσαρα (equidem potius καὶ σαρα cum Jernstedtio scripserim) ή ‘Ρωμαίων σύγκλητος ἐψηφίσατο, καὶ βασιλέα ἔχειν ἅπαν τὸ ὑπήκοον ἀνηγόρευσε, . . . ὑποκριωμένῳ φευδῶς τὴν καθ' ἡμᾶς εὐσέβειαν. Σε<βή>ρον δηλαδὴ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἀποκτανθέντος καὶ τελευτὴ σαντος, τοτε τοινυν δ Κωνσταντῖνος. . . ημίαν ἥγήσατο τῆς ‘Ρωμαίων ὀρχῆς τὴν ἡσυχίαν κτλ., — ubi tamen quin et εὐσέβειαν, Σεβήρον (vs. 21), et τελευτὴ σαντος. τότε (vs. 22) scribendum sit, neutiquam dubitari potest. — Praeterea ὑποκριωμένῳ (sic etiam Vita E, § 88, praebet) pro illo ὑποκριωμένῳ, quod in solo codice Vaticano 1079 idque secunda manu interpolatum est, reponendum esse appareat. Denique notandum est, codicibus σεβήρον (σενήρον P pr.) praebentibus, Σε<βή>ρον vs. 21 Guidium sine ulla necessitate scrisisse.

„Ср. Извѣстія Р(усскаго) Арх(еологическаго) Инст(итута) [въ „Константинополѣ], II, Хроника р. 12.“

Est autem codex Beleg gradensis (Gr. 3), quo praeter alia continetur (n. 17) „Βιβλος τοῦ ἐν ἀγίοις πατρὸς ἡμῶν Σιλβέστρου πάπα Ῥώμης περὶ Κωνσταντίνου τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως“, sic incipiens: ‘Ο ἡμέτερος ιστοριογράφος Ενσέβιος διτηνίκα τὴν ἐκκλησιαστικὴν ιστορίαν συνεγράψατο<sup>1)</sup>’, — unde quidem perspici potest hanc „Βιβλον“ nihil esse aliud atque Vitae s. Silvestri recensionem secundariam (BHG. n. 1631 p. 230), eiusque titulum supra adlatum sic fere corrigendum esse: *Bios τοῦ ἐν ἀγίοις πατρὸς ἡμῶν Σιλβέστρου πάπα Ῥώμης, <ἐν φαινετο> περὶ Κωνσταντίνου κτλ.*

20. Praeterea hic Theodori Meliteniota locus minime spennen-dus una cum editoris adnotatione in schedula quadam enotatus est: „A. Mai, Novae Patrum Bibliothecae tom. VI (Rom. 1853) p. 477 (Theodori Meliteniota Ethicon VII, 6): καὶ μαρτυροῦσι Μωσῆς τὲ καὶ Ἰησοῦς καὶ Δαβὶδ ὁ προφήτας, καὶ σὸν ἑτέροις πολλοῖς Κωνσταντῖνος ὁ μέγας καὶ ἵσαπόστολος, οὐδὲ τὸν βίον ἥδυσμά τε καὶ παιδεύμα τοῖς εἰς ὑστερον βασιλεῦσιν ὅντα παραδεδώκαμεν ἰδιὰ γραφῇ (1), φιλοθέων ἀνδρῶν ἀξιώσει, διεξελιθόντες ἐκ τῶν ἐκείνου πολλῶν δλίγα, καίτοι τῇ παρούσῃ σπουδῇ ἐνησχολημένοι.

(1) Tres mihi in manibus sunt Constantini magni vitae, quae in vaticanis codicibus reperi. Utrum vero in earum numero sit haec, cuius se auctorem Theodorus noster dicit, alibi disquiremus.“

Deinceps linea ducta haec adiecit magister carissimus: „Къ Tom. VII приложено факсимиле заглавия Ватиканского cod. 974“.

21. Denique commemorandum est in reliqua eiusdem schedulae parte hasce notas postea plumbo exaratas legi:

„cf. Lemm Kopt.

„Acta SS. lat.

„cf. Слав. у Шляпкина

„У Θεοφίλα житіє

„Fabricii Bibl.

„Incerti auctoris de Imp. Const. Magno — ed. Heydenreich

„Recension in Jbb.

„Inventio S. Crucis . . . .

1) Cf. Εκκλησιαστικὴ Ἀληθεια, XX, 1900, p. 510 col. 1 (*Κώδικες ἐπαρχίας Βελεγράδων*. — — — ‘Υπὸ τοῦ Σεβασμ. Μητροπολίτου Ἀμασίας Ανθηνού).

„(auch Lemm)

„Gretser — — — — —  
 „Burkhardt — — — — —  
 „Mommsen — — — — —  
 „Schiller — — — — —  
 „Kirchenzeitung — — —

„Wie verhalten sich die lat. Viten gewöhnlich zu den griechischen?“

## CAPVT IV.

His igitur magistri carissimi adnotationibus maximam partem utilissimis aptissimisque cum prima tantum fundamenta iacta essent examinandis ac solvendis quaestionibus, quaenam rationes inter varias Constantini Vitas, item inter varias singularum Vitarum recensiones, denique inter singularum recensionum codices intercederent, cumque reliqua omnia mihi met ipsi, ut par est, perficienda forent, — primum omnium illas copias amplissimas Jernstedtianas iam inde ab anno 1903 pro parte virili adaugere sedulo studui, ut scilicet gravissimae illae quaestiones, quarum mentionem modo feci, tutius faciliusque solvi possent. Qua in re mehercle molestissima eoque potissimum nomine mihi aegre ferenda, quod hac de causa Procopii Caesariensis editionem meam paene invitus interim seponere coactus sum, — et amici carissimi, in quibus praesertim Gregorius Cereteli atque Ioannes Mercati gratissimo animo nominandi mihi sunt, summa cum benignitate me adiuverunt, qui haud paucos codices contulerunt, — et bibliothecarum Petropolitanarum — Caesareae Publicae et Academiae Ecclesiasticae, — Parisinae Nationalis, Monacensis, Messanensis, Vindobonensis, Taurinensis, Lugdunensis, Mosquensis — Academiae Ecclesiasticae praefecti clarissimi infra nominandi, qui libros manu scriptos Graecos atque Slavicos petenti mihi liberalissime humanissimeque suppeditavere.

Praeterea singularum Vitarum fontes, ut par est, indagavi atque aliorum auctorum locos similes enotavi, tumque demum ad illas quaestiones supra laudatas examinandas solvendasque adgressus sum.

Iam vero nova illa codicum subsidia novasque copias Jernstedtianis illis a nobis adiunctas, ut par est, breviter enumerabo.

**24.** Cod. Constantinopolitanus bibliothecae metochii s. Sepulcri (*τοῦ παναγίου Τάφου*) 48, chartaceus, saec. XV fere ineuntis<sup>1)</sup>, fol. 302 v.—323: *Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ λήξει<sup>2)</sup> μεγάλον βασιλέως καὶ πρώτου<sup>3)</sup> τῶν χριστιανῶν Κωνσταντίνου καὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ<sup>4)</sup> Ἐλένης.*

Huius narrationis initium (fol. 302 v.) anno 1907 exscripsit mihi Robertus Loeper.

**25.** Cod. Constantinopolitanus eiusdem bibliothecae 204, chartaceus, anno 1598 exaratus; fol. 446: *Ἐκ τοῦ βίου τοῦ μεγάλον Κωνσταντίνου.*

Transscripsit anno 1907 Robertus Loeper.

**26.** Cod. Dresdensis bibliothecae Regiae Publicae, Da. 33, chartaceus, saec. XVII (anno 1626 scriptus); fol. 112—179 v.: *Περὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως Κωνσταντίνου διήγησις, πῶς ἐνίκησε τὸν Μαξέντιον καὶ ἐπῆρε τὴν βασιλείαν<sup>5)</sup>, καὶ πῶς ἔκτισε<sup>6)</sup> τὴν Κωνσταντινούπολιν καὶ περὶ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς πρώτης<sup>7)</sup> συνόδου καὶ πῶς ὑπῆγεν<sup>8)</sup> εἰς τὴν Ἱερουσαλήμ ἡ ἁγία<sup>9)</sup> Ἐλένη διὰ τὸν τίμιον καὶ ξωοποιὸν σταυρὸν, καὶ πόσας ἐκκλησίας ἔκτισεν<sup>10)</sup>.*

Exscripsi hanc narrationem semibarbaro sermone conscriptam anni 1913 auctumno e codice humanissime Iurievum transmisso.

**27.** Cod. Dresdensis eiusdem bibliothecae, Da. 48, chartaceus, saec. XVI; fol. 1—53 v.: *Τοῦ σοφωτάτου κυροῦ (sic potius quam κυρίου) Νικηφόρου τοῦ Γρηγορᾶ λόγος εἰς τὸν ἄγιον καὶ μέγιστον ἐν βασιλεῦσι καὶ ἵσαπόστολον Κωνσταντίνου.*

Contuli hunc codicem liberalissime Iurievum (una cum n. 26 transmissum) cum Vindobonensis (n. 52) apographo meo anni 1913 auctumno.

1) Teste Ath. Papadopulo-Kerameo, *Ἱεροσολυμιτικὴ Βιβλιοθήκη*, vol. IV, Petropoli 1899, p. 65.

2) λλγῆ (sic) cod.

3) πρωτον (sine acc.) cod.

4) μητρὸς αὐτοῦ cod.

5) βασιλεῖαν cod.

6) ἔκτησε cod.

7) οἰκουμενικῆς πρώτης cod.

8) ὑπῆγεν cod.

9) αγία cod.

εν

10) ἔκτησε cod.

28. Cod. Genuensis Gr. 34 bibliothecae Congregationis Missionis urbanae s. Caroli, membraneus, saec. XI ineuntis; fol. 173 v., col. I — fol. 199 v., col. II: *Bίος καὶ πολιτεία τῶν ἀγίων καὶ ἐνδόξων καὶ φιλευσεβῶν μεγάλων βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης, καὶ φανέρωσις τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ ἀγίου σταυροῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ*<sup>1)</sup>.

Partim contulit, partim transscripsit aestate anni 1908 Gregorius Cereteli.

29. Cod. Lugdunensis 542, membraneus, saec. XII; fol. 332 v., col. I — fol. 368 col. I: *Bίος καὶ πολιτεία*<sup>2)</sup> *τῶν ἀγίων καὶ ἐνδόξων καὶ φιλευσεβῶν μεγάλων βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης, καὶ φανέρωσις τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ ἀγίου σταυροῦ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ*.

Contuli hunc codicem anno 1904 Iurievum liberalissime transmissum.

30. Cod. Mediolanensis bibliothecae Ambrosianae A. 154 sup. [n. 51 secundum Aem. Martini et Dom. Bassi catalogum<sup>3)</sup>], chartaceus, saec. XIV<sup>4)</sup>, fol. 191—215: *Ὑπόμνημα ἥγουν<sup>5)</sup> ἐξήγησις περὶ τοῦ καὶ (sic) μακαρίου καὶ μεγάλου καὶ πρώτου<sup>6)</sup> δρῳδοῦξον βασιλέως Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης<sup>7)</sup> τῆς μακαριωτάτης μητρὸς αὐτοῦ καὶ εἰς τὴν φανέρωσιν τοῦ τιμίου σταυροῦ.*

Huius narrationis initium et finem tantum (fol. 191 et 214 v.—215) anno 1907 contuli, non ipso quidem usus codice, sed trium paginarum ectypis, quae solis ope Caesar Sartoretti photographus Mediolanensis — non satis tamen accurate — fecit.

1) Haud integrum hanc narrationem ad nostram pervenisse aetatem non perspexit Albertus Ehrhard (Centralblatt für Bibliothekswesen, X, 1893 p. 211), qui ceteroqui satis accurate codicem descripsit (ibid. p. 210 sq.). Nam post fol. 199 v., quod voce προ(σέταξεν) abrupmitur, duo quaterniones interciderunt, quorum prima 9 folia reliquam Constantini vitae partem, reliqua 7 folia s. Ioannis militis [m. Iul. 30] vitae priorem partem continebant, cuius narrationis pars posterior fol. 200—209 legitur.

2) πολι cod.

3) Aem. Martini et Dom. Bassi, Catalogus codicum graecorum bibliothecae Ambrosianae, vol. I, Mediolani 1906, p. 51 sq.

4) Saec. XIII—XIV scriptum esse hunc codicem Alb. Ehrhard putabat (Röm. Quartalschrift, XI, 1897, p. 162, 8).

5) ἥγουν cod.

6) πρῶτον cod.

7) Sic (Ἐλένης) cod.

31. Cod. Messanensis Gr. 26, membraneus, saec. XII, ut mea quidem fert opinio<sup>1)</sup>, fol. 168 col. I — fol. 193 v., col. I: *Bίος καὶ πολιτεία*<sup>2)</sup> καὶ ἄδλησις τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ λήξει<sup>4)</sup> εὐσεβοῦς προστάτου μεγάλου καὶ πρώτου βασιλέως ἡμῶν τῶν χριστιανῶν Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης<sup>5)</sup> μητρὸς αὐτοῦ<sup>6)</sup>.

Contuli hunc codicem anno 1906 liberalissime Iurievum rogatu meo transmissum.

32. Cod. Monacensis Gr. 3, membraneus, saec. XI fere medii<sup>7)</sup>, fol. 127 col. I — fol. 137 col. I: *Bίος καὶ πολιτεία τοῦ μεγάλου καὶ ἀοιδίμου βασιλέως Κωνσταντίνου τοῦ πρώτως ἐν χριστιανοῖς βασιλεύσαντος.*

Contuli codicem anno 1903 roganti mihi Iurievum summa cum liberalitate transmissum.

33. Cod. Monacensis (olim Augustanus) Gr. 366, membraneus, saec. X fere ineuntis, ut mea quidem fert opinio<sup>8)</sup>, fol. 100 col. I — fol. 101 col. II: *Διήγησις σύντομος*<sup>9)</sup> τῶν ἐν εὐσεβεῖ τῇ μνήμῃ γενομένων ἡμῶν βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης.

Transscripsi hanc narrationem anno 1904 ex ipso codice Iurievum humanissime transmisso.

34. Cod. Monacensis (olim Augustanus) Gr. 524, bombycinus, saec. XIV, fol. 90—103 v.: *Bίος καὶ πολιτεία τῶν ἀγίων*

1) Saeculo XIII exaratum esse hunc codicem Hippolytus Delehaye (Catalogus codd. hagiogr. Graec. monasterii s. Salvatoris, nunc bibliothecae universitatis Messanensis [Anal. Bolland., XXIII, 1904], p. 28) existimat, cuius viri clarissimi sententiam Michelangelus Guidi sequitur (Rendiconti della Reale Accademia dei Lincei, Classe di scienze morali, storiche e filologiche. Ser. V, vol. XVI, Romae 1907, p. 304).

2) Haec verba (*Bίος καὶ*) codici deesse parum recte dicit Guidi, l. c., p. 656.

3) *πολιτεία* cod., quod tacite corredit Delehaye, l. c., p. 29, 11; *Πολιτεία* legi minus recte dicit Guidi, l. c., p. 656.

4) *λέξει* Guidi, l. c., p. 306, aut eius hypotheta.

5) Ἐλένης, codice invito, reposuit Delehaye, l. c.

6) Verba *μητρὸς αὐτοῦ* omisit Delehaye, l. c.

7) Plura de huius codicis aetate aliter ab aliis viris doctis definita dixi in praefatione ad Ioannis Hagioeliteae de passione s. Basillii presbyteri Ancyranii narrationem a me Iurievi Livonorum a. 1907 editam, p. XIII adn. 43.

8) Saeculo IX exeunte scriptum esse hunc codicem Alb. Ehrhard censuit (Röm. Quartalschrift, XI, 1897, p. 123), saeculo X — Br. Violet (Die palästinischen Märtyrer des Eusebius von Caesarea, Lpz. 1896, p. 122), Riccardi Reitzenstein sententiam secutus, saeculo XI — Ign. Hardt, Catal. codd. mss. bibliothecae regiae Bavariae, vol. IV, Monachii 1810, p. 77; cf. Anal. Bolland., XVI, 1897, p. 118.

9) Haec verba (*Διήγησις σύντομος*) — codicis fol. 100 col. I omissa — index ab ipso librario scriptus codicique praemissus (fol. 1 v., col. II) suppeditat.

*καὶ ἐνδόξων καὶ φιλευσεβῶν μεγάλων βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης<sup>1)</sup>, καὶ φανέρωσις τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ<sup>2)</sup> ἀγίου σταυροῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

Contuli codicem anno 1904 rogatu meo Iurievum liberalissime transmissum.

35. Cod. Oxoniensis bibliothecae Bodleianae Baroccianus Gr. 240, membraneus, saec. XII, fol. 168 col. II — fol. 170: *Bίος ἐν συντόμῳ τῶν ἀγίων καὶ ἐνδόξων μεγάλων βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης.*

Transscripsi huius codicis foliorum modo laudatorum ectypa, quae anno 1907 Horatius Hart vir doctissimus solis ope optime facienda curavit. — Cf. supra n. 9.

36. Cod. Parisinus bibliothecae Nationalis Gr. 976, membraneus, saec. XIV, pag. 439—486: *Κωνσταντίνου μεγάλου λογοθέτου τοῦ Ἀκροπολίτου ἔγκληματος εἰς τὸν μέγαν ἐν βασιλεῖσι καὶ ἰσαπόστολον Κωνσταντίνου<sup>3)</sup> καὶ Ἐλένην<sup>4)</sup> τὴν ἀγίαν καὶ ἰσαπόστολον.*

Exscripsi hanc Laudationem anno 1907 ex ipso codice roganti mihi Iurievum humanissime transmisso.

37. Cod. Parisinus bibliothecae Nationalis Gr. 1534, membraneus, saec. XII, fol. 306 v., col. II — fol. 309 v., col. II: *Bίος ἐν συντόμῳ τῶν ἀγίων καὶ<sup>5)</sup> ἐνδόξων μεγάλων βασιλέων, Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης<sup>6)</sup>.*

Transscripsi anno 1907 ex ipso codice rogatu meo Iurievum summa cum liberalitate transmisso.

38. Cod. Petropolitanus bibliothecae Caesareae Publicae Gr. 94, membraneus, saec. XI, fol. 102 col. II — fol. 108 v., col. II: *Διήγησις τῶν ἀγίων καὶ δικαιῶν μεγάλων βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης.*

Transscripsit anno 1904 Gregorius Cereteli.

39. Cod. Petropolitanus eiusdem bibliothecae

1) Sic (Ἐλένης) codex, quo invito Ἐλένης ad fert Hardt Catal. vol. V p. 291.

2) ζωοποιοῦ cod.

3) κωνσταντίνου cod.

4) Sic (Ἐλένην) cod., quo invito Ἐλένην praebet CHP. p. 58.

5) καὶ omissum est in CHP. p. 233, 33; exstat in codice cum fol. 306 v., tum in indice (πίναξ ἀκριβῆς [sic] τῆς γραφῆς τοῦ βιβλίου) codicis contextui praemisso, — fol. 2 v. col. II.

6) Sic (Ἐλένης) legitur in codice utroque loco laudato, quo invito Ἐλένης scriptum est in CHP. l. 1.

Gr. 227, membraneus, saec. XII, vol. III<sup>1)</sup>, fol. 92 col. II — fol. 92 v., col. I: *Μνήμη τῶν εὐσεβεστάτων καὶ ἀγιωτάτων μεγάλων βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης* (sic) *τῆς αὐτοῦ μητρός*.

Transscripsit anno 1905 Gregorius Cereteli.

40. Cod. Petropolitanus eiusdem bibliothecae Gr. 240, chartaceus, anno 1249 exaratus, fol. 112 col. II — fol. 113 col. I: *Μνήμη τῶν εὐσεβεστάτων καὶ ἰσαποστόλων μεγάλων βασιλέων Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου καὶ πρώτου χριστιανῶν βασιλέως καὶ Ἐλένης τῆς αὐτοῦ μητρός*.

Transscripsit anno 1905 Gregorius Cereteli.

41. Cod. Petropolitanus eiusdem bibliothecae Slav. Q. I. 209, chartaceus, saec. XV—XVI, fol. 78—140 v.: **Евхимия патриарха Трънковскаго похвалное скатыи великии и равноапостольныи царемъ Константина и Елены.**

Exscripsi hanc Laudationem e codice Iurievum mihi anno 1904 liberalissime transmisso.

42. Cod. Petropolitanus bibliothecae Academiae Caesareae Ecclesiasticae, olim Novogorodiensis templi s. Sophiae, 1321, chartaceus, saec. XVI medii, fol. 452 col. I—II: **Память благоверного цара Константина и матери его Елены.**

43. Eiusdem codicis fol. 452 col. II — fol. 452 v., col. I: **Слово о имені честнаго креста и о победѣ силы Божији<sup>2)</sup>.**

44. Eiusdem codicis fol. 453 col. I — fol. 462 v., col. I: **Житие святаго Константина и матери его Елены.**

45. Eiusdem codicis fol. 463 col. I — fol. 463 v., col. I: **Пролог. Месаца того же въ ка, память скатыхъ и богоизбѣнныхъ царей великиихъ и равноапостолья Константина и Елены.**

Transscripsi has quattuor narrationes anno 1903 e codice reganti mihi summa cum liberalitate Iurievum transmisso, Antonio Budilovič, viro clarissimo, Vniversitatis nostrae olim rectore, humanissime intercedente.

46. Cod. Taurinensis bibliothecae Nationalis

1) Quattuor voluminibus hunc codicem constare obiter adnoto.

2) Eadem narratio in libri «Прологи или Синаксарий за еже страданий и угодотворений» (Mosquae, 1816) vol. III, 1 fol. 66 r. edita sic rectius inscribitur: **Слово о имені честнаго креста и о победѣ цара Константина на Мазенциа силою Божијею.**

Gr. 78 (secundum Pasini catalogum), nunc B. I. 21 signatus, chartaceus, saec. XVI fere ineuntis, fol. 6 v. — 31 v.: *Bίος καὶ πολιτεία τῶν ἀγίων καὶ ἐνδόξων καὶ φιλενσεβῶν μεγάλων βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης, καὶ φανέρωσις τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ.*

Contuli codicem anno 1907 rogatu meo Iurievum humanissime transmissum.

47. Cod. Vaticanus Gr. 822, membraneus, saec. XII, fol. 1 col. I — fol. 24 col. 1: *Bίος καὶ ἀνδραγαθήματα τοῦ ἐν ἀγίοις ἀοιδίμον μεγάλον Κωνσταντίνου.*

Transscripsi hanc narrationem anno 1906 ex ectypis solis ope a Pompeio Sansaini accuratissime factis.

48. Cod. Vaticanus Gr. 1572, membraneus, saec. XI<sup>1)</sup>, fol. 3—18 v.: *Ὑπόμνημα εἰς τὸν πανένδοξον καὶ ἄγιον βασιλέα Κωνσταντίνου.*

Exscripsi anno 1906 ex ectypis solis ope optime a Pompeio Sansaini confectis.

[48 a.] Cod. Vaticanus Gr. 1882, — quo de v. Epitemtrum.

49. Cod. Vaticanus Ottobonianus Gr. 441, chartaceus, anno 1477 scriptus, fol. 30—32: *Bίος καὶ πολιτεία τῶν ἀγίων θεοστέπτων*<sup>2)</sup> μεγάλων βασιλέων καὶ ἴσαποστόλων Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης · ποίημα τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου καὶ μακαρίου ἐκείνου κύρῳ<sup>3)</sup> Ἰγνατίου μητροπολίτου Σηλυβρίας.

Folia 30 r. et 32 r. anno 1908 transscripsit Gregorius Cereteli.

50. Cod. Venetus bibliothecae Marcianae Gr. 450, membraneus, saec. XI exeuntis, fol. 20 v., col. I — fol. 21 col. II: Photii *Biblioth.* cod. 62 (τῆς κατὰ τὸν μέγαν Κωνσταντίνον ἴστοριας a Praxagora Atheniensi conscriptae brevis enarratio).

1) Cf. CHV. p. 127.

2) Sic legit Cereteli, idque tam codice Lesbio monasterii τοῦ Αειμῶνος 268, chartaceo, a. 1552 exarato, fol. 563 v. (cf. Ath. Papadopoulos-Kerameus, *Μανδρογορδάτειος Βιβλιοθήκη*, I, ἐν Κπόλει 1884—1888, p. 128, 61), quam codicis Marciani Gr. II. 168, chartacei, saec. XV exeuntis, parte III, nunc quidem deperdita, confirmatur (cf. Θεόφιλος Ιωάννον, *Μνημεῖα ἀγιολογικά*, *Βενετία* 1884, p. 164, 11). — Minus recte igitur in CHV. p. 296 θεοστέπτων profertur.

3) Sic legit Cereteli; κυροῦ CHV., l. c., atque ille cod. Marcianus (cf. Θεόφιλος Ιωάννον, l. c., p. 164 adn.).

Contulit cum Photii editione Bekkeriana Gregorius Cere-teli mense Augusto anni 1907.

51. Cod. Venetus bibliothecae Marcianae VII. 46, chartaceus, saec. XVIII, fol. 1—15 v.: *Bίος τὸν ἀγίου ἐνδό(ξων) βασιλέων<sup>1)</sup> κωνσταντίνου καὶ ἑλένης<sup>2)</sup> ἡστήν ψυχοῖς τον τιμίου σταυροῦ<sup>3)</sup>.*

Initium et finem tantum transscripsit mense Augusto anni 1907 Gregorius Cere-teli, — quae statim hic — itidem intacta — proferam, in nostram syllogen istam narrationem recentissimam nequaquam esse recipiendam censens.

Incip. (fol. 1): *Κωνσταντίνος ὁ μέγας βασιλεὺς καὶ πρότ(ος) τῶν χριστιάνων εἶχε ποτὲ πόλεμῶν (sic) καταπότ τὸν ιστοριόγραφων. λέγονται τὸν δρόπιον μέγαν κωνσταντίνων τὸν ἥχεν ὁ πατέρας του δ' οὐκαν εἰς τὴν εγλυτέραν. μετὰ τὸν θάνατον τοῦ πατρός του, δρόπιος οὐκονεν καύσταντιος (sic) ὁ χλορός, δρόπιος ἡ του ἔλινας καλὰ καὶ ἡ του ἔλινας ἐγάπα τὸ γένος τῶν χριστιάνων καὶ προτήτερα παραναπέσιε ἀροστοίαν. ἐγνώρισεν τὸν θάνατον του καὶ πέμπτοι καὶ κράξει τὸν υἱῶν του τὸν μέγαν κωνσταντίνων καὶ πιένοντα ὁ πρός του εὐγάνοι καὶ δίδι του τὴν βασιλίαν καὶ παραγγέροι τοῦ οἰσε οὐλα δρόπιον καὶ ἀνοίνε χριστιάνοι να τοὺς καλοκρατήσ.*

Desin. (fol. 15 v.): *καὶ οὗτος ἀτιμήσωμεν καὶ οἱμεῖς σὶν πρεσβύτεροι καὶ σιλιτονογοὶ καὶ ἐπῆλυπτοι χριστιάνοι καὶ τέκνα τῆς ἐκκλησίας ὥσπερ τὸν μέγαν καύσταντίνο (sic) σὶν τῇ μακαρίᾳ ἐλένη νὰ ψῶνται (sic) ὁ τίμιος σταυρὸς τοῦ χριστοῦ τὴν σήμερον σταυρὲ τοῦ χριστοῦ σκέπε τὸν κόσμον σον, σκέπε τὸν περιεστῶτα λάδὸν δσίον καύχημα μαρτιῷ(ων) κύριγμ(α) δρφανῶν ἡ ἐλπὶς τῶν (sic) νέκρῶν<sup>4)</sup> ἀνάστασις τῶν (sic) ζόντων ἐλεοίμοσύνη. λῦσον οἱμας σταυρὲ ἀπὸ τὰς χεῖρας τοῦ διαβῶλον τοῖς ἐκ δεξῶν (sic) σον παραστάσεως.*

52. Cod. Vindobonensis hist. Gr. 104 Nessel., bombycinus, saec. XIV fere exeuntis, fol. 19—52 v.: *τοῦ σοφωτάτου Νικηφόρου τοῦ Γρηγορᾶ<sup>5)</sup> εἰς τὸν ἐν βασιλεῦσι μέγιστον καὶ ἄγιον Κωνσταντίνον τὸν ισαπόστολον.*

1) ν littera supra versum est addita.

2) Post hanc vocem haud scio an καὶ supplendum sit.

3) Hunc titulum erroribus orthographicis scatentem intactum proferre placuit.

— Post illud•σταυροῦ, spatio vacuo interiecto, εὐ(λόγη)σον per compendium scriptum adiectum est.

4) ἐκρῶν cod. pr., ἐκρῶν corr.

5) τοῦ σοφωτάτου — Γρηγορᾶ] τοῦ αντοῦ cod.; illa autem e fol. 1 r. suppletur, ubi τοῦ σοφωτάτου Νικηφόρου τοῦ Γρηγορᾶ, λόγος εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκου incipit.

Transscripsi hanc narrationem anno 1907 e codice Iurievum liberalissime transmisso.

## CAPVT V.

Praeter eos codices, qui supra laudati sunt, aliis quoque haud paucis usus sum infra enumerandis, quibus variae narrationes continentur ad ss. Constantini et Helenae vitam ex parte tantum pertinentes. Sunt autem hi:

### I.

**53.** Cod. Florentinus bibliothecae Laurentianae pl. VII, 25, membraneus, saec. XII, fol. 197—230 v.: *Πολιτεία τῶν ἀγίων πατέρων Μητροφάνους καὶ Ἀλεξάνδρου· ἐν ταύτῳ<sup>1)</sup> δὲ καὶ ὁ βίος τοῦ εὐσεβοῦς Κωνσταντίνου γενομένου βασιλέως.*

Initium (fol. 197—200 usque ad verba τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἀνεδείχθη) atque finem (fol. 230 v. inde a verbis ὁ δὲ ἐν ἀγίοις Ἀλεξάνδρος) anno 1907 transscripsit Gregorius Cereteli.

**54.** Cod. Vaticanus Gr. 655, chartaceus, saec. XVI, fol. 180—149: *Bίος καὶ πολιτεία τῶν ἀγίων πατέρων καὶ ἐπισκόπων γεναμένων ταύτη τῇ θεοφυλάκτῳ<sup>2)</sup> καὶ βασιλίδι πόλει, Μητροφάνους καὶ Ἀλεξάνδρου· ἐν ταύτῳ δὲ καὶ ὁ βίος τοῦ εὐσεβοῦς Κωνσταντίνου, γενομένου βασιλέως ἡμῶν.*

Huius codicis anno 1906 contuli foliorum 130—135 et 147 v.—149 ectypa solis ope a Pompeio Sansaini accuratissime confecta<sup>3)</sup>

**55.** Cod. Vaticanus Gr. 1667, membraneus, saec. XI potius quam X<sup>4)</sup>, fol. 46 v. — 67: *Bίος καὶ πολιτεία τῶν ἀγίων πατέρων καὶ ἐπισκόπων γεναμένων ταύτη τῇ θεοφυλάκτῳ καὶ βασιλίδι πόλει Μητροφάνους καὶ Ἀλεξάνδρου· ἐν ταύτῳ δὲ καὶ ὁ βίος τοῦ εὐσεβοῦς<sup>5)</sup> Κωνσταντίνου γενομένου βασιλέως ἡμῶν.*

1) ἐν ταυτῷ (sic) cod.; ἐνταῦθα minus recte adfert B a n d i n i, Catal. codd. mss. biblioth. Mediceo-Laurentianae, vol. I (Florent. 1763) p. 276 col. 2.

2) θεοφυλάκτῳ cod.

3) Cf. praeftationis ad Ioannis Hagioelitas de passione s. Basiliī presbyteri Ancyranī narrationem a me editam (Iurievi Livon., 1907) p. VI sqq., ubi ss. Metrophanis et Alexandri Vitam, quae hoc codice continetur, e codice Vaticano Gr. 1667 (n. 55) transscriptam esse demonstravi.

4) Cf. ibid. p. VI.

5) ἐνσεβοὺς cod.

Contuli anno 1906 ectypa solis ope optime a Pompeio Sansaini facta. — Praeterea gratissimo animo commemorare debo aliquot huius narrationis locos cum ipso codice anno 1903 roganti mihi ab Ioanne Mercati humanissime diligentissimeque, ut solet, esse conlatos.

## II.

56. Cod. Monacensis Gr. 24, membraneus, saec. XI, fol. 181 col. I — fol. 187 col. II: *Tὰ πραχθέντα ἐν Νικαιᾷ παρὰ τῆς συνόδου ἐπὶ καθαιρέσει<sup>1)</sup> Ἀρείου· ἐν οἷς καὶ μερικὴ διήγησις τοῦ βίου τοῦ ἀγίου<sup>2)</sup> Κωνσταντίνου τοῦ θεοσυνεργήτου καὶ μεγάλου ἡμῶν<sup>3)</sup> βασιλέως.*

Transscripsi anno 1907 e codice Iurievum liberalissime transmisso.

## III.

57. Cod. Vindobonensis hist. Gr. 31 Nessel. (28 Lambec.-Kollar.), membraneus, saec. XI<sup>4)</sup>, fol. 136 v.—161 v.: *Bίος τοῦ ἐν ἀγίοις πατρὸς ἡμῶν καὶ θαυματονοργοῦ Σπυρίδωνος, ἐπισκόπου γενομένου πόλεως Τριμιδούντος, συνταχθεὶς ὑπὸ Θεοδώρου ἐπισκόπου πόλεως Πάφου.*

Huius codicis Iurievum anno 1908 summa cum liberalitate transmissi folia 136 v.—138, 143—145, 155—156 partim contuli, partim transscripsi.

58. Cod. Parisinus bibliothecae Nationalis Gr. 1451, membraneus, saec. XI; fol. 52 r.<sup>5)</sup> col. I — fol. 87 v., col. II: *Bίος καὶ πολιτεία τοῦ ἐν ἀγίοις<sup>6)</sup> πατρὸς ἡμῶν ἐπισκόπου γενομένου πόλεως Τριμιδούντων (sic) Κωνσταντίας τῆς Κύπρου καὶ θαυματονοργοῦ Σπυρίδωνος, συνταχθεὶς ὑπὸ Θεοδώρου ἐπισκόπου πόλεως Πάφου.*

Praeter initium huius narrationis (fol. 52 col. I) contuli fol. 61 v., col. I — fol. 64 v., col. II atque fol. 78 v., col. II — fol. 80 col. I anno 1909, quo codex Iurievum humanissime transmissus erat.

1) *καθαιρεσί* (sic) male in Hardtii Catal. vol. I p. 120 adfertur.

2) *ἀγίου* cod.

3) *τοῦ θεοσυνεργήτου* — *ἡμῶν* nescio cur omisit Hardt, l. c.

4) Sic ipse huius codicis aetatem definio, quem saeculo XII exaratum esse van de Vorst et Delehaye, l. c. p. 51, existimant.

5) „Fol. 52v“ minus recte in CHP. p. 116 adferri obiter adnoto.

6) *ἀγίους* cod.

Quae codicis Vindobonensis foliis 143—145 ac Parisini foliis 61 v.—64 continentur, ex illa ss. Metrophanis et Alexandri Vita supra laudata ad verbum fere exscripta esse haud ab re notare duco.

## IV.

**59.** Cod. Mediolanensis bibliothecae Ambrosianae D 92 sup. [n. 259 secundum Aem. Martini et D. Bassi catalogum, p. 284], membraneus, saec. XI, fol. 158 v., col. I — fol. 163 col. I: *Μαρτύριον τοῦ ἀγίου Εὐστίγνιον*.

Contuli foliorum 158 v. et 163 ectypa solis ope a Caesare Sartoretti photographo Mediolanensi anno 1907 non satis accurate facta.

**60.** Cod. Mosquensis bibliothecae Synodalis Slav. 992 (Magnum Menologium Macarianum, mensis Augustus), chartaceus, saec. XVI, fol. 81—84: **Μογγενής εκατό μογγενῆς Εογερνηά.**

Folia 81—82 anno 1908 transscripsit Gregorius Cereteli.

**61.** Cod. Parisinus bibliothecae Nationalis Gr. 548, membraneus, saec. XI, fol. 49—54 v.: *Μαρτύριον τοῦ ἀγίου μάρτυρος Εὐστίγνιον*.

Contuli codicem anno 1907 summa cum liberalitate Iurievum transmissum.

**62.** Cod. Petropolitanus bibliothecae Caesareae Publicae Slav. Q. I. 1187, chartaceus, saec. XV, fol. 371 v.—378 v.: **Μογγενής εκατό μογγενῆς Εογερνηά**<sup>1)</sup>.

Transscripsit anno 1903 Gregorius Cereteli.

**63.** Cod. Romanus bibliothecae Angelicae Gr. 108 (olim B. 2. 2), membraneus, saec. XII, fol. 250 v., col. II — fol. 254 col. I: *Μαρτύριον τοῦ ἀγίου Εὐστίγνιον*.

Contuli ectypa solis ope optime a Pompeio Sansaini anno 1907 facta.

**64.** Cod. Vaticanus Gr. 819, membraneus, saec. XI<sup>2)</sup>, fol. 208 col. II — fol. 213 v., col. I: *Ὑπομνήματα καὶ μαρτύριον τοῦ ἀγίου Εὐστίγνιον*.

**65.** Cod. Vaticanus Gr. 866, membraneus, saec. XII, fol. 365 v., col. II — fol. 368 col. II: *Μαρτύριον τοῦ ἀγίου καὶ ἐνδόξου ἀδλοφόρον Εὐστίγνιον*.

1) Quae uncis inclusa sunt, bibliopegus abscisit.

2) Ad saec. XI—XII hunc codicem in CHV. p. 67 referri obiter adnoto.

66. Cod. Vaticanus Gr. 1671, membraneus, saec. X, fol. 79 v.—87 v.: *Μαρτύριον τοῦ ἀγίου Εὐστιγνίου*.

67. Cod. Vaticanus Gr. 1987, membraneus, saec. fere XIII potius quam XII<sup>1)</sup>), fol. 89 v.: *Μαρτύριον τοῦ ἀγίου Εὐστιγνίου*<sup>2)</sup>.

Horum quattuor codicum Vaticánorum ectypa solis ope a Pompeio Sansaini anno 1906 accuratissime confecta partim contuli, partim transscripsi.

68. Cod. Vindobonensis hist. Gr. 45 Nessel. (14 Lambec.), membraneus, saec. X exeuntis<sup>3)</sup> fol. 53 v. col. II — fol. 59 v. col. II: *Μαρτύριον τοῦ ἀγίου μίστηρος Εὐστιγνίου*<sup>4)</sup>.

Transscripsi hanc narrationem ex ipso codice anno 1904 Iurievum summa cum liberalitate transmisso.

## V.

69. Cod. Mosquensis bibliothecae Synodalis Gr. 217, olim Athous monasterii τῶν Ἰβήρων, membraneus, saec. XII<sup>5)</sup>), fol. 276 v.—287: *Γεωργίου* (sic) πρεσβυτέρου *Καισαρεῖας Καππαδοκίας λόγος εἰς τὸν ἀγίους τριακοσίους δέκα καὶ δύο<sup>7)</sup> πατέρας τοὺς ἐν Νικαιᾳ συνελθόντας κατὰ Ἀρείου τοῦ δυσσεβοῦς.*

Fol. 276 v.—278 (usque ad verba "Ἀρείος δὲ οὗτος) anno 1908 transscripsit Gregorius Cereteli.

70. Cod. Romanus bibliothecae Angelicae Gr. 81

1) Saec. XII exaratum esse hunc codicem catalogi modo laudati auctores existimant (CHV. p. 174).

2) Cf. CHV. p. 174: „Ita hoc in codice folia interturbata sunt; ut vix ulla sit in eo Vita quae non interrupta procedat. Ita folia prima partem constituant Vitae S. Parasceves quae inc. fol. 12 v. Initiorum ergo singularum Vitarum solummodo ratio habita est, rectumque foliorum ordinem lectori restituendum reliquimus“. — Fol. 90 r. hisce incipiens verbis: (*ἀσπασμένος αὐτὸν δέδωκεν αὐτῷ ἀξιαν στρατηλάτον, καταστήσας αὐτὸν ἀρχειν τοῦ στρατοπέδου, καὶ νομίσας ὁ δυνσεβῆς (δυνσεβῆς cod.) βασιλεὺς, ὅτι διὰ τῆς προνοίας τῶν θεῶν τοῦ πολέμου κεκράτηκεν, ἔχαιρε πάντι, καὶ δογεύσας χρήματα ἵκανα τοῖς στρατιώταις (στρατιώταις cod.) ἀπέστειλεν ἔκστον εἰς τὸν Ἰδιον τόπον,* — s. Mercurii passionem continet.

3) Sic huius codicis aetatem definiendam esse ipse censeo, quem saeculo XI exaratum esse van de Vorst et Delehaye, l. c. p. 55, putant.

4) *τον* (sine acc.) cod.

5) *ἐνστίγνιον* cod.

6) Saec. XII exaratum esse hunc codicem Gr. Cereteli censet; Vladimirus autem archimandrita eundem ad saec. XI referendum esse opinatur [Архи-мандритъ Владими́ръ, Систематическое описание рукописей Московской Синодальнойной (Патриаршой) библиотеки, ч. I, Москва 1894, p. 270].

7) *δοκτῶ* cod.

(olim B. 1. 14), membraneus, saec. XII, fol. 190 v., col. I — fol. 197 col. II: *Γεωργίον* (sic) πρεσβυτέρον *Καισαρεῖας Καππαδοκίας λόγος εἰς τὸν*<sup>1)</sup> τριακοσίους δέκα καὶ ὅκτω πατέρας<sup>2)</sup>, καὶ εἰς *Κωνσταντῖνον*<sup>3)</sup> τὸν εὐσεβέστατον καὶ μέγαν βασιλέα.

71. Cod. Vaticanus Gr. 862, membraneus, saec. XI<sup>4)</sup>, fol. 128—139: *Γερμανοῦ* (sic) πρεσβυτέρον *Καισαρεῖας*<sup>5)</sup> *Καππαδοκίας λόγος εἰς τὸν ἀγίους τριακοσίους δεκαοκτώ*<sup>6)</sup> θεοφόρους πατέρας, καὶ εἰς *Κωνσταντῖνον* τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα.

72. Cod. Vaticanus Palatinus Gr. 325, membraneus, saec. XI, fol. 130 v.—135 v.<sup>7)</sup>: *Γρηγορίον πρεσβυτέρον Καισαρεῖας Καππαδοκίας ἐγκάμιον εἰς τὸν ἀγίους τῷ ι καὶ η*<sup>8)</sup> πατέρας καὶ *Κωνσταντῖνον τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα.*

Horum trium codicum (nn. 70—72) contuli ectypa solis ope optime a Pompeio Sansaini anno 1907 facta.

## VI.

73. Cod. Vaticanus Gr. 1991, membraneus, saec. XI<sup>9)</sup>; fol. 6 v., col. II — fol. 14 v., col. I: *Λόγος διαλαμβάνων*<sup>10)</sup> περὶ τῆς ἀγίας καὶ οἰκουμενικῆς<sup>11)</sup> συνόδου τῶν τῷ ι καὶ η θεοφόρων πατέρων, καὶ περὶ τοῦ ἀγίου καὶ ἐνδόξου βασιλέως *Κωνσταντίνου.*

Transscripsi ectypa solis ope a Pompeio Sansaini anno 1907 diligentissime optimeque facta.

## VII.

74. Cod. Parisinus bibliothecae Nationalis Gr. 1546, membraneus, saec. XII; fol. 71 col. I — fol. 79 col. I: *Bios καὶ μαρτύριον τοῦ ἀγίου ιερομάρτυρος Λουκιανοῦ.*

Codice Iurievum anno 1912 humanissime transmisso, totam hanc narrationem cum editione Migneana, P. G. CXIV, 397—416 contuli.

1) τοῦς cod.

2) ὅκτω πάτερες cod.

3) κωνσταντῖνον cod.

4) Cf. CHV. p. 82.

5) καισαρίας cod.

6) δεκαοκτώ cod.

7) 136v minus recte in CHV. p. 222 legitur.

8) την' (om. καὶ) minus recte adfertur in CHV. p. 223.

9) Cf. CHV. p. 177.

10) διαλαμβάνων cod.

11) οἰκουμενικῆς cod.

## VIII.

**75.** Cod. Parisinus bibliothecae Nationalis Gr. 1510, membraneus, saec. XII; fol. 74 v., col. I — fol. 108 v., col. I;  
*Παντολέοντος διακόνου καὶ σκευοφύλακος τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας περὶ τῶν θαυμάτων τοῦ παμμεγίστου ἀρχιστρατήγου Μιχαὴλ.*

Huius codicis anno 1911 Iurievum comissime transmissi transcripti fol. 92 v.—94, quibus narrationes ad Vitam Constantini pertinentes continentur.

## IX.

**76.** Cod. Parisinus bibliothecae Nationalis Gr. 1190, chartaceus, anno 1568 exaratus<sup>1)</sup>; fol. 50 v.—59 v.: *Ἡ εὐρεσίς τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

Fol. 50 v.—52 v. atque 59 v. partim contuli, partim transsscripsi anno 1910, quo hic codex a me propter s. Abramii sermonem de Occursu Domini (fol. 108 v.—109 v.) expetitus Iurievum humanissime transmissus erat.

## X.

**77.** Cod. Parisinus bibliothecae Nationalis Gr. 1510, membraneus, saec. XII; fol. 27 col. I — fol. 64 v., col. I: *Ὑπόμνημα ἦγον ἐπεξήγησις τοῦ μαρτυρίου τοῦ ἀγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος καὶ θαυματονόργον Ἀρτεμίου, συλλεγὴν ἀπὸ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Ἰστορίας Φιλοστοργίου καὶ ἄλλων τινῶν παρὰ Ἰωάννον μοναχοῦ τοῦ Ροδίου.*

**78.** Cod. Parisinus bibliothecae Nationalis Gr. 1546, membraneus, saec. XII; fol. 111 col. I — fol. 139 v., col. II: *Ὑπόμνημα ἦγον ἐξέτασις τοῦ μαρτυρίου τοῦ ἀγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος καὶ θαυματονόργον Ἀρτεμίου, συλλεγὴν ἀπὸ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Ἰστορίας<sup>2)</sup> Φιλοστοργίου καὶ ἄλλων τινῶν παρ᾽<sup>3)</sup> Ἰωάννον μοναχοῦ τε<sup>4)</sup> καὶ ἀμαρτωλοῦ.*

Totam hanc narrationem annis 1911 (cod. 1510) et 1912 (cod. 1546) contuli cum editione ab Angelo Mai facta<sup>5).</sup>

1) Cf. S. Abramii archiep. Ephesii sermones duo. Nunc primum ed. M. Krascheninnikov, Iurievi Livonorum 1911, p. CXLIV adn. 472.

2) *Ιστορίας* cod.

3) *πάρ* (sic) cod.

4) *τε* cod.

5) Spicilegium Romanum, t. IV, Romae 1840, p. 340—397.

## XI.

**79.** Cod. Taurinensis bibliothecae Nationalis Gr. 10 Pas. [B. I. 1], chartaceus, saec. XV; fol. 1—56<sup>1)</sup>: Σύνταγμα τῶν κατὰ τὴν ἐν Νικαιᾳ ἀγίαν σύνοδον πραχθέντων.

Huius operis, quod Gelasio Cyziceno tribui solet, magnam partem contuli, anno 1909 exeunte, cum editione Mansiana<sup>2)</sup>, codice Iurievum comissime transmisso.

## XII.

**80.** Cod. Messanensis Gr. 63, membraneus, saec. XII, fol. 209 v., col. I — fol. 221 col. I<sup>3)</sup>: Τοῦ ἐν ἀγίοις πατρὸς ἡμῶν Εὐσεβίου<sup>4)</sup> ἐπισκόπου λόγος εἰς τὸν ἄγιον Σιλβεστρον πάπα (sic) Ῥώμης, περὶ τοῦ δόγματος τῶν ὁμοφύλων καὶ εἰς τὰ θαύματα καὶ τὰς ιάσεις Κωνσταντίνου τοῦ θεοφιλεστάτον βασιλέως.

Transscripsi hanc narrationem anno 1907 e codice Iurievum liberalissime transmisso.

**81.** Cod. Messanensis Gr. 87, membraneus, saec. XII, fol. 53, v. col. I — fol. 72 v., col. I: Βίος καὶ πολιτεία<sup>5)</sup> τοῦ ὁσίου<sup>6)</sup> πατρὸς ἡμῶν Σιλβέστρου ἐπισκόπου Ῥώμης<sup>7)</sup>.

Contuli codicem anno 1906 rogatu meo Iurievum summa cum liberalitate transmissum.

**82.** Cod. Mosquensis bibliothecae Synodalis Gr. 379, olim Athous Laurae s. Athanasii, membraneus, saec. XI, fol. 370 v.—392: Βίος τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Σιλβέστρου γενομένου ἐπισκόπου Ῥώμης<sup>8)</sup>.

1) Fol. 43 post fol. 44 esse transponendum obiter adnoto.

2) Mansi Sacrorum conciliorum nova et amplissima collectio, vol. II, Florentiae 1759, col. 760—945.

3) „Fol. 220 v. — 231“ adfert H. Delehaye, antiquiores foliorum sequens numeros (Anal. Bolland. XXIII, 1904, p. 60), qui tamen notare debuit in hac foliorum numeratione duo folia eodem numero 231 insignita fuisse eorumque altero (fol. 231<sup>bis</sup>) hanc de s. Silvestro finiri narrationem.

4) ἐνσεβεῖον cod.

5) πολιτεία cod.

6) οσίου (sine spir.) cod.

7) ḥῶμης cod.

8) Hunc titulum minus accurate a Vladimiro archimandrita proferri (Catalogi supra laudati p. 571: Βίος ὁσίου Σιλβέστρου ἐπισκόπου Ῥώμης) obiter adnoto.

Initium (fol. 370 v., col. I — fol. 371 col. II usque ad verba εἰς τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν ἀπηγέγνατο) anno 1908 exscripsit Gregorius Cerebeli.

83. Cod. Petropolitanus bibliothecae Caesareae Publicae Gr. 96, membraneus, saec. XI, fol. 53 v., col. I — fol. 78 v. col. II: Σύγγραμμα Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου εἰς τὸν τῆς ὁσίας μνήμης ἐπίσκοπον Σιλβεστρον καὶ Κωνσταντῖνον τὸν πρῶτον ἐν χριστιανοῖς εὐσεβῆ<sup>1)</sup> βασιλέα.

Transscripsit anno 1904 Gregorius Cerebeli.

### XIII.

84. Cod. Venetus bibliothecae Marcianae Gr. 344, bombycinus, saec. XIII<sup>2)</sup>, foliorum 231: Θεοδώρον ἀναγνώστον Ἐκκλησιαστικὴ Ἰστορία.

Fol. 3—8 atque 11 v.—12 anno 1907 exscripsit Gregorius Cerebeli.

### XIV.

85. Cod. Messanensis Gr. F. N. 20, chartaceus, saec. XVII<sup>3)</sup>, foliorum 15, — eorum, quae codex Marcianus modo laudatus n. 84) continet, brevissimum conspectum praebens a Leone Allatio compositum.

Transscripsi codicem anno 1907 Iurievum liberalissime transmissum.

### XV.

86. Cod. Oxoniensis bibliothecae Bodleianae Baroccianus Gr. 142, bombycinus, saec. XIV ineuntis<sup>4)</sup>.

Foliorum 205 et 216—224, quibus excerpta ex Eusebii et Theodori Lectoris Historiis Ecclesiasticis aliae continentur, transscripsi ectypa, quae anno 1907 Horatius Hart solis ope optime facienda curavit.

### XVI.

87. Cod. Vindobonensis hist. Gr. 37 Nessel. (Kollar. Suppl. cod. 126), chartaceus, saec. XIV—XV, fol. 41 sqq.: Συ-

1) εὐσεβεῖ cod.

2) Cf. J. O. Bidez, La tradition manuscrite de Sozomène, Leipzig 1908, p. 38.

3) Cf. Bidez, l. c., p. 41 sq.

4) Cf. H. O. Cox, Catalogi codd. mss. biblioth. Bodleianae pars I, Oxonii 1853, col. 243 sqq.

*μεῶν<sup>1)</sup> μαγιστρού καὶ λογοθέτου<sup>2)</sup> Χρονικὸν ἐφεξῆς συλλεγὲν<sup>3)</sup> ἐκ διαφόρων χρονικῶν τε καὶ ιστορικῶν<sup>4).</sup>*

Huius codicis anno 1907 Iurievum liberalissime transmissi fol. 47 col. I — fol. 49 col. I, quibus de Diocletiano, Constantio, Constantino Magno agitur, contuli.

## XVII.

88. Cod. Petropolitanus bibliothecae Academiae Scientiarum Caesareae Slav. 25 [13. 3. 25], chartaceus, saec. XVI, fol. 28—45.

Narrationem, quae foliis modo laudatis continetur, hisce verbis mutila incipiens: *са лъстачими сго бъсом<sup>5)</sup> прѣльстн, ико не хотети иже самъа пнющ въкоунти вълхованія<sup>6)</sup> кромѣ*, — pro Constantini Magni Vita quadam („пространное Житие царя Константина Великаго“) habuit Iacimirski vir doctissimus<sup>7)</sup>, qui codicem descriptisit<sup>8)</sup>, — re tamen nihil est aliud nisi notissimi illius de Cruce sermonis ab Alexandre monacho, ut vulgo creditur, conscripti<sup>9)</sup> interpretatio Slavica, quae quidem ab edita illa in Magno Menologio Macariano diversa est<sup>10)</sup>.

1) [*Σν]μεῶν* cod.; quae uncis inclusi, umore deleta sunt.

2) *λογαθέτου* cod.

3) [*ἐ]φεξῆς συλεγὲν* cod.

4) *καὶ στορικῶν* (sic) cod.

### И

5) *бъсомъ* cod., *бъсомъ* Jacimirske loco infra laudato (adn. 7).

6) *вълхованія* (sic) cod., *вълхованія* Jacimirske ibid.

7) А. И. Яцимирскій, Изъ истории славянской письменности въ Молдавии и Валахіи XV—XVII вв., СПБ. 1906 [= Памятники древней письменности и искусства, vol. CLXII], p. LXXII.

8) Ibid., p. LXXI—LXXIII.

9) Alexander huius sermonis auctorem praeter codices Graecos (veluti cod. Parisin. Gr. 1454 saec. X) Michael Glycas *Annal.* 4, p. 466, 21 Bonn. dicit, „*Χρὶς αὐτὸς*? *Χρόνος?* *Χρονίς?* *Χρονικός?*“ — interpretatio Slavica in Magno Menologio Macariano edita (Великія Минеи Четіє, собранныя всероссийскимъ митрополитомъ Макаріемъ. Сентябрь [СПБ., 1868—1889], col. 684: *Х р у с а* у *еди*и *наго* слово историческо о обрѣтеніи пречестнаго Креста, о воплощеніи Божіи богословест'во и похвала Крестови). Cui si re vera *Χρονικός* nomen fuit, haud scio an idem habendus sit atque *Chrysippus Cappadox* († a. 479), s. Euthymii discipulus, qui ecclesiae Hierosolymitanae *σταυροφύλαξ* inde ab anno 467 fuit, — cf. S. Vailhé, *Revue de l'Orient chrétien*, X, 1905, p. 96—99 atque A. Jülicher in *Pauly-Wissowa Real-Encycl.*, III, 2501, 44.

10) Cf. Magnum Menol. Macarianum, Sept. 14, col. 699 sq.: (тол'ма же бѣ дал') ся лъсти діаволъ, ико не в'кушашеничесоже безъ вльш'венія, — cum illis verbis supra adlati, quibus codicis Petropolitani fol. 28 incipit.

Transscripsi hanc narrationem anno 1908 e codice humanissime Iurievum transmisso.

### XVIII.

**89.** Cod. Petropolitanus bibliothecae Caesareae Publicae Slav. F. IV. 91 (olim Theodori Tolstoi comitis I. 319), chartaceus, saec. XVI exeuntis, — Chronographiae Slavo-Rossice conscriptae, quae „Лѣтописецъ Еллинскій и Римскій“, plerumque brevius — „Еллинскій Лѣтописецъ“ dicitur, recensionem secundam continens<sup>1)</sup>.

Folia 227 v.—274, quibus Diocletiani, Maximiani, Constantii, Constantini Magni res narrantur, partim contuli, partim transscripsi anno 1905 e codice summa cum liberalitate Iurievum transmisso.

De Constantino Magno agens huius Chronographiae conscriptor plerumque illius Vitae Graece conscriptae (E) interpretatione Slavica, qua de v. infra cap. VII § 2, XIII, usus est eiusque codicem quendam — videlicet iam deperditum — Sophiano illo (n. 44) hic illic saltem meliorem adhibuit, cuius ope contextus interpretationis nonnullis locis suppleri aut certius emendari potest.

### XIX.

**90.** Cod. Petropolitanus bibliothecae Caesareae Publicae Slav. Pogodinianus 1441, chartaceus, saeculi — me quidem indice — XVII exeuntis<sup>2)</sup>, Chronographiam Slavo-Rossice anno 1601 conscriptam continens<sup>3)</sup>, quae in codice „Гранограѣъ, еже есть Лѣтописецъ“ dicitur.

Folia 348 v.—402, quibus de Diocletiano aliisque deinceps imperatoribus usque ad Valentinianum et Valentem agitur, anno 1904 partim contuli, partim transscripsi e codice Iurievum humanissime transmisso.

1) Cf. de hac recensione А. Поповъ, Обзоръ хронографовъ русской редакціи, вып. I, Москва 1866, р. 72 ss.

2) Hunc codicem anno 1601 exaratum esse Popov l. c., I p. 96, 3 parum recte ait; saeculo XVII eum non esse antiquiorem opinatur Rozanov (С. Розановъ, Замѣтки по вопросу о русскихъ хронографахъ — in Журналъ Министерства Народнаго Просвѣщенія, 1903, XII, — р. 109).

3) Cf. Rozanov l. c. p. 121 s. atque Popov l. c., II (Москва 1869) p. 184 adn. 1.

Quae de Constantini Magni vita rebusque gestis narrantur, ab huius Chronographiae conscriptore ex alia quadam antiquiore eaque iam deperdita desumpta esse mihi videntur, ubi eadem quidem illa Vitae E interpretatio Slavica adhibita, sed iam brevius, quam in n. 89, enarrata erat.

## XX.

**91.** Cod. Petropolitanus bibliothecae Caesareae Publicae Slav. Pogodinianus 1440, chartaceus, saec. XVI, Chronographiam Slavo-Rossice anno 1512 conscriptam continens, nuper demum a Sergio Rozanov editam<sup>1)</sup>), — quae in codicibus quidem „Гранограєъ, еже есть Лѣтописецъ“ dicitur, ab Andrea Popov (l. c. I p. 95 ss.) „Хронографъ 1-ї редакції“ dicebatur, a recentioribus viris doctis „(Русскій) Хронографъ редакціи 1512 года“ dici solet.

Folia 289 v.—312 v., quibus de iisdem illis imperatoribus supra (n. 90) laudatis agitur<sup>2)</sup>), anno 1902 transscripsi e codice libera-  
lissime Iurievum transmisso.

Quae de Constantino Magno in hac Chronographia traduntur, ex eodem quidem archetypo atque ea, quae n. 90 praebet, fluxisse certum est, huius tamen archetypi contextus in recentiore illa recen-  
sione (n. 90) longe plenior quam in hac antiquiore exhibetur.

Iamque occasione data pauca quaedam de huius Chrono-  
graphiae editione Rozanoviana supra commemorata dicere mihi liceat. Ac primum quidem in universum notandum est istam quoque editionem eodem illo modo — simplicissimo sane, sed omnino inepto — confectam esse, quo plerique operum Slavi-  
corum atque Graecorum editores nostrates utuntur cuiusque men-  
tionem nuper in ephemeride, quae Журналъ Министерства Народ-  
наго Просвѣщенія inscribitur, inieci (N. S., vol. LVII, 1915, sect. III,  
p. 394 s.), mox alibi de hac re minime laudanda uberius acturus.  
Qui edendi modus per vulgatus quam sit ineptus, ut demonstrem,  
ex permultis, quae in ista editione Rozanoviana repperi, exemplis  
haec tria sola proferre satis habeo.

1) Полное собрание русскихъ лѣтописей, изданное по Высочайшему по-  
волѣнію Императорскою Археографическою Коммиссиею. Томъ XXII.  
Русский Хронографъ. Часть первая. Хронографъ редакціи 1512 года. СПБ. 1911.

2) Cf. editionis modo commemoratae p. 260—273.

Quae de Constantini Magni vita rebusque gestis narrantur, ab huius Chronographiae conscriptore ex alia quadam antiquiore eaque iam desperita desumpta esse mihi videntur, ubi eadem quidem illa Vitae E interpretatio Slavica adhibita, sed iam brevius, quam in n. 89, enarrata erat.

## XX.

**91.** Cod. Petropolitanus bibliothecae Caesareae Publicae Slav. Pogodinianus 1440, chartaceus, saec. XVI, Chronographiam Slavo-Rossice anno 1512 conscriptam continens, nuper demum a Sergio Rozanov editam<sup>1)</sup>), — quae in codicibus quidem „Гранограєъ, еже есть Лѣтописецъ“ dicitur, ab Andrea Popov (l. c. I p. 95 ss.) „Хронографъ 1-ї редакціи“ dicebatur, а recentioribus viris doctis „(Русскій) Хронографъ редакціи 1512 года“ dici solet.

Folia 289 v.—312 v., quibus de iisdem illis imperatoribus supra (n. 90) laudatis agitur<sup>2)</sup>), anno 1902 transsscripsi e codice libera-  
lissime Iurievum transmissio.

Quae de Constantino Magno in hac Chronographia traduntur, ex eodem quidem archetypo atque ea, quae n. 90 praebet, fluxisse certum est, huius tamen archetypi contextus in recentiore illa recen-  
sione (n. 90) longe plenior quam in hac antiquiore exhibetur.

Iamque occasione data pauca quaedam de huius Chrono-  
graphiae editione Rozanoviana supra commemorata  
dicere mihi liceat. Ac primum quidem in universum notandum  
est istam quoque editionem eodem illo modo — simplicissimo sane,  
sed omnino inepto — confectam esse, quo plerique operum Slavi-  
corum atque Graecorum editores nostrates utuntur cuiusque men-  
tionem nuper in ephemeride, quae Журналъ Министерства Народ-  
наго Просвѣщенія inscribitur, inieci (N. S., vol. LVII, 1915, sect. III,  
p. 394 s.), mox alibi de hac re minime laudanda uberius acturus.  
Qui edendi modus per vulgatus quam sit ineptus, ut demonstrem,  
ex permultis, quae in ista editione Rozanoviana repperi, exemplis  
haec tria sola proferre satis habeo.

1) Полное собрание русскихъ лѣтописей, изданное по Высочайшему по-  
велѣнію И м п е р а т о р с к о ю Археографическою Коммиссиею. Томъ XXII.  
Русский Хронографъ. Часть первая. Хронографъ редакціи 1512 года. СПБ. 1911.

2) Cf. editionis modo commemoratae p. 260—273.

Codicem B, ut adsolet, secutus p. 190 med. legit Rozanov: „и егда в той ризе хожате, различна сіаніа отъ каменного свѣта исхожаху различна сіаніа“, adnotans: „повторенія словъ различна сіаніа нѣтъ В. Т.“ (adn. 8), — nec tamen intellegit editionis contextum manifestissimo isto errore dittographicо per meram librarii B neglegentiam ortо eoque a ceteris codicibus (BT) alieno sic inquinari neutiquam debuisse.

Idem p. 316 med. cum БВТ legit: „самъ Господъ, вообразивъ пречистый свой образъ на площаницы, ко Авгур у послана исцеленіе“, adnotans: „Авгуру II“ (adn. 24), — nec intellegens hanc codicis II lectionem in contextu reponendam esse<sup>1)</sup>.

Videmus igitur Augarum illum Edessenum, editore adnuente, in „Augurem“ mutatum; quae metamorphosis mirifica — cum consimilibus miraculis apud alios istiusmodi editores obviis apte conferenda (sic enim interdum et евнухъ fit „Енохъ“, et Лаодикія in „Аладию“ mutatur, atque adeo пастырь fit „пастырь“) — ut digne praedicetur, profecto arte Ovidiana opus esse censeo.

Non minus tamen ea quoque miranda sunt, quae Rozanov, codices БПТ secutus, p. 299 vs. 2 (ab imo) dedit: „Сему [i. e. Tiberio Augusto Iustini iunioris successori] вшедшю на подмопіе, воськричаша объ странѣ людей с похвалою: „видѣхомъ Августа Римскаго днесь“!“ Istum enim contextum si quis pro genuino habuerit, credat necesse est huius Chronographiae conscriptorem temere opinatum esse Tiberium Augustum factum in sub mari- n a m q u a n d a m r e g i o n e m ingressum fuisse, ut scilicet factio- num circensium adelamationes audiret. Num tamen ille conscriptor tam stultus reapse fuisse putandus est, ut Rozanov opinari videtur? Minime vero, ut mea quidem fert opinio, — immo pro illo „под- мопіе“, quod sensu omnino carere meroque librariorum errore niti appetet, aut cum codice B, cuius lectionem Rozanov notasse satis habuit (adn. 20), подроміе legendum, aut, quod equidem maluerim<sup>2)</sup>, <и> подроміе restituendum esse certissimum est,

1) Similiter alibi quoque, veluti p. 312 adn. 6; p. 316 adn. 27; p. 318 adn. 20, idem codex (II) solus lectiones genuinas servavit, quas tamen ubique sprevit Rozanov, scilicet servilem in modum sese speciosae codicis B auctoritati submittens.

2) Cf. ibid. p. 302 vs. 4 (ab imo): сотвори оубо на оуподроміи конь- ское оуристаніе.

conlato fontis Graeci contextu: *τούτον ἀνελθόντος ἐπὶ ἵππο-*  
*δρόμῳ οὐν<sup>1)</sup>.*

Ceterum ex omnibus istiusmodi editoribus (sunt autem haud pauci iique videlicet doctissimi, nisi quod intellegere prorsus non possunt istum in modum a se non ipsa quidem auctorum opera, sed singulos pluresve horum edi codices) palmam utique Vladimiro Beneševič professori Petropolitano deferendam esse censeo, quippe qui vir doctissimus non modo *κολοφῶνα ἐπιθεῖναι* tantae rei solus potuerit, sed vel semet ipsum superasse videatur, profecto monstruosum illud „**Мъмъскоуомоу**“ pro genuina lectione, quae est **ρнмъскоуомоу**, reponere ausus<sup>2)</sup> — nec minora hercle in contextu Graeco edendo praestans, quo de uberiori mox alibi agam.

## XXI.

92. Cod. Mosquensis bibliothecae Academiae Caesareae Ecclesiasticae Slav. 13 (olim Laurae SS. Trinitatis a s. Sergio conditae), chartaceus, saec. XVI, fol. 449—456 v. atque 575—576 v.: **Поѹснє на памать скатаго<sup>3)</sup> и равноапостоломъ<sup>4)</sup> цара Константина и матери его Елены<sup>5)</sup>.**

1) Georg. mon. Chron. cap. 223, 1 p. 551 Mur., ubi fortasse *ἐπὶ <τὸ>* *ἱπποδρόμιον* legendum est, conlato Leon. gramm. p. 137, 6 s. Bonn.: *τούτον ἀνελθόντος ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ*.

2) Syntagma XIV titulorum sine scholiis secundum versionem palaeo-slovenicam, adjecto textu Graeco e vetustissimis codicibus manuscriptis exarato [sic!]. Consilio et auctoritate Academiae scientiarum Imperialis Petropolitanae editit V. N. Венеšевич. Tomus I, Petropoli 1906 (Древне-славянская Кормчая XIV титуловъ безъ толкованій. Трудъ [sic!] В. Н. Бенешевича. Томъ первый. Издание отдѣленія русскаго языка и словесности Императорской Академіи Наукъ. Санктпетербургъ, 1906), p. 411, 14 s.: „**καλχίδονъскоуомоу<sup>9</sup> и мъмъскоуомоу<sup>10</sup> унстилѣю**“ (Graece ibid. col. II vs. 15 s. τῷ ἐν Καρχηδόνι καὶ τῷ ‘Ρωμαϊκῷ ἰερεῖ). — Iam vero, ne quis meros typothetae errores hic latere opinetur, utramque ipsius editoris adnotationem huc pertinentem proferam, ubi aliorum codicum lectiones adferuntur: „9) **καλχίδονъскомъ С; καλχίδοнъскомъ П.** 10) **ρнмъскоуомъ П.**“

3) **С्�тго cod.**; святымъ minus recte adfert Leonidas archimandrita, libri infra (adn. 5) laudati p. 26.

4) Pro hac voce, quae etiam in contextu istius sermonis semel legitur, aut **равноапостола**, aut **равна апостоломъ**, quod equidem utrubique reponere malim, requiri appetat (cf. infra cap. IX).

5) Cf. Архимандритъ Леонидъ, Свѣдѣніе о славянскихъ рукописяхъ, поступившихъ изъ книгохранилища Св. Троицкой Сергиевой Лавры въ библиотеку Троицкой духовной семинарии въ 1747 году, (нынѣ находящихся въ библиотекѣ Московской Духовной Академіи), fasc. II, Mosquae 1887, p. 26. —

Huius codicis anno 1908 exeunte Iurievum summa cum libera litate transmissi folia 449—457 v. et 575—576 v. ipse transscripsi.

## CAPVT VI.

Praeterea spero me horum quoque codicum minime spernendorum ectypa solis ope facienda mox nancturum esse — bibliothecae universitatis Cantabrigiensis, Addit. 4489, qui codex membraneus, litteris uncialibus saec. VIII—IX exaratus, postea rescriptus, folio 7 postremam tantum partem Vitae **D**, qua de v. infra cap. VII § 2, XI, continet<sup>1)</sup> , — et Romani bibliothecae Chisianae, Gr. 13 (R. V. 34), saec. XI, cuius foliis 102—133 v. continetur *Πολιτεία τῶν ἀγίων καὶ ἐνδόξων καὶ φιλενσεβῶν μεγαλοβασιλέων* (sic) *Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης, καὶ φανέρωσις τοῦ πυμίου καὶ ξωποιοῦ σταυροῦ*<sup>2)</sup> , — et Londiniensis Musei Britannici Addit. 19458, membranei, saec. XII, cuius folia 28—42 eorundem sanctorum Vitam continent, acephalam quidem atque in media parte lacuna quadam hiantem<sup>3)</sup> , sed vel eo nomine notandam, quod quin ad recensionem antiquiore m (E, qua de plura v. infra, cap. VII § 2, XII) pertineat, dubitari non potest<sup>4)</sup> ,

Eundem sermonem Graece præbet cod. Brixianus bibliothecae communalis Querinianae A. III. 3, chartaceus, saec. XVI (?), fol. 125—128: *εἰς τὴν μνήμην τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου*, — cf. E. Martini, Catalogo di manoscritti greci esistenti nelle biblioteche italiane, vol. I, 2 (Mediolanii 1896), p. 230.

1) Cf. van de Vorst et Delehaye, l. c. p. 282, ubi quidem, quibus verbis fol. 7 r. incipiat quibusque fol. 7 v. desinat, non enotari eo magis doleo, quod Burkittii commentationis, in qua de hoc codice uberius agitur (F. Crawford or Burkitt, Journal of Theological Studies, XI, 1910, p. 61—66), inspiciendas nullam adhuc occasionem habui.

2) Cf. Anal. Bolland., XVI, 1897, p. 299, atque Gius. Pierleoni, Studi italiani di filologia classica, XV, Florentiae 1907, p. 328—331, qui tamen vir doctissimus hanc Vitam foliis 82—[113 v.] codicis Chisiani contineri ait (p. 329).

— Illud *μεγαλοβασιλέων* merae librarii neglegentiae deberi videtur, qua scilicet factum est, ut *μεγάλων βασιλέων* in unam vocem coalescerent.

3) Cf. Catalogue of Additions to the manuscripts in the British Museum, in the years 1848—1853 (London 1868), p. 243: „Imperfect at the beginning and in the middle.“ — Lacunam, qua media haec Vita laborat, non notaverunt van de Vorst et Delehaye, l. c. p. 267.

4) Quod ut demonstrem, solum hoc exemplum adferre satis habeo: Vitae E § 133 sic legitur — *ἀλλ’ οἱ μὲν ἀρειανοὶ καὶ* (*οἱ add. codices FT corr. MV, invitis tamen optimis libris GP atque Theophane p. 18, 9 nec non Nicephoro Call. VII, 35 [Migne P. G. CXLV, 1288 A]) ἔλληνες ταῦτα ἐπλασαν ληρωδῶς, ἡμεῖς δὲ πάλιν ἐπὶ τὸν πανενδοξότατον (πανένδοξον T) καὶ μέγαν (καὶ μ. om. T) βασιλέα Κωνσταντίνον*

— et Oxoniensis bibliothecae Aedis Christi (Christ Church) 77, chartacei, saec. XV, cuius foliis 312—367 v. *Bιος καὶ πολιτεῖα τῶν μακαριωτάτων καὶ ἀστικῶν καὶ ισαποστόλων βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης* continetur<sup>1</sup>), — ac forsitan duorum Escorialensium — *Ψ. IV. 26*, membranei, anno 1092 scripti<sup>2</sup>),

(Κωνστ. om. T) καὶ ἐπὶ τὰ τούτον ἀριστεύματα καὶ ἀνδραγαθήματα (καὶ ἀνδρ. om. TMV) τῶν ἀγανακτών (τῶν ἀγ. om. T) τὸν λόγον ἀγάγωμεν (ἀγάγομεν ὡς εἰκός F), — quacum (pariter atque interpretatio Slavica) congruens acephala illa Vita in codice Londiniensi hisce verbis incipit (fol. 28): ἔλληνες ταῦτα ἔπλασαν ληρωδῶς· ἡμεῖς δὲ πάλιν ἐπὶ τὸν πανενδοξότατον καὶ μέγαν βασιλέα κτλ. (v. a n d e Vorst et Delehaye, l. l.). At eodem Vitae G loco haec leguntur (cf. p. 330, 14 ss. edit. Guidiana): ἀλλ᾽ οἱ μὲν (οἱ add. CRW atque Q pr.) ἀρειανοὶ καὶ οἱ (οἱ LQ: om. SCRW) ἔλληνες ταῦτα ἐπλάσαντο τοῦ ληρωδῶς, ἡμεῖς δὲ τούτον φάναρεῖν ἀφέντες λωμεν τὸν λόγον (sic) ἐπὶ τὸν μέγαν πάλιν (πάλιν om. R) βασιλέα Κωνσταντίνου καὶ τὰ τούτον ἀνδραγαθήματα. — Codicum utriusque Vitae sigla infra explicari (cap. VII § 2, XII et XV) obiter moneo.

Ceterum exemplum supra prolatum eo quoque nomine notatu dignum est, quod opinionem Guidianam, qua de infra uberioris agam (cap. VII § 2, XV), diserte refellit. Namque vel illa τὸν λόγον ἀγάγωμεν, quae Vita E praebet, cum Vitae G illis λωμεν τὸν λόγον admodum ineptis conlata, me quidem iudice, manifestissime demonstrant Vitam G ex Vita E, nec vice versa, profluxisse.

1) Cf. v. a n d e Vorst et Delehaye, l. c. p. 386, 14.

2) Sic huius codicis aetatem subscriptio definit breviter a Tychseno commemorata in egregio Catalogo (manu scripto) codicum Graecorum bibliothecae Escorialensis, quem Thomas Tychsen et Moldenhawer annis 1763—1774 in Hispania conscriperunt (tom. I. — „εν Μαρτινῳ“ a. 1763, tom. II — „apud Regiam Pardi villam. 1774. Mart. 22“), quique nunc in bibliotheca Regia Hafniensi servatur (cod. Hafniensis, novae collect. Regiae [Ny Kongelige Samling] n. 42b). Hic codex ut petenti mihi Iurievum transmitteretur, ubi eum inde ab Octobris die 23 anni 1902 usque ad Maii 10 anni 1903 commode examinavi atque in usum meum excerpti, insigni comitate H. O. Lange bibliothecae modo laudatae praefecti clarissimi factum est. — Tychsen igitur illum codicem (*Ψ. IV. 26*), ab ipso quidem in Catalogo paulo aliter signatum (*B. IV. 26*), describens, postquam ea, quae codice continentur, breviter notavit, haec adiecit: „Cod. membran. forma 8<sup>a</sup>. in cuius fine legitur ἔτος 58 i. (e.) 6600 qui est salutis 1092. nec character eam aetatem respuit, in limonarii initio est perpulcher et quadratus“, — unde praeter alia illico intellegitur tunc quidem temporis hunc codicem fine mutilum nondum fuisse. Eo tamen nomine erravit vir doctissimus, quod narrationem „de humilitate et subordinatione viri filii erga proprium parentem“ ex Limonario excerptam (Διῆγησις ψυχωφελῆς ἐκ τοῦ Λειμωναρίου), quae folio 116 r. his verbis incipit: „Ἐν ταῖς ἡμέραις Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως ἦν τις ἀνὴρ ἐν Κωνσταντίνουπόλει, usque ad finem codicis pergere perperam opinatus, inde a folio 119 r. acephalam illam Constantini Vitam incipere non perspexit. Illam vero Διῆγησιν ψυχωφελῆ solis tribus foliis (116—118 v.) iisque saeculo IX vel X scriptis contineri H. Delehaye monuit in „Catalogo codicum hagiographicorum graecorum regii monasterii S. Laurentii Scorialensis“ (Anal. Bolland., XXVIII, 1909), p. 388; quae folia ad alium quandam codicem olim pertinuisse manifestum est. Ipsum autem codicem *Ψ. IV. 26* saeculo XII exaratum esse ait Delehaye l. c., videlicet Milleri

et X. IV. 6, partim membranei (saec. fere XIV), partim chartacei (saec. XV vel potius, ut equidem existimaverim, saec. XVI)<sup>1)</sup>, quorum uterque eandem illam Vitam atque codices paulo supra commemorati continet, — nisi quod, utrum ad antiquorem recensionem (E) an ad recentiorem (G, qua de infra uberior agitur, cap. VII § 2, XV) referenda sit, definire nondum possum, ampliore codicis notitia destitutus<sup>2)</sup>), — sed utrimque in utroque mutilam, nam in codice antiquiore (Ψ. IV. 26, fol. 119—158), qui longe maiorem Vitae partem servavit, ea Delehayeo teste supersunt, quae editionis Guidianaæ seorsus ex ephemerede supra laudata (p. 1 adn. 1) expressæ paginis 13, 23—59, 5 continentur<sup>3)</sup>), i. e., nisi quid forte in computando erravi, ephemeredis p. 313, 23 ἀποδεχόμενος, παρῷην . . . . . p. 655, 5 εἰς σὲ εἰλικρινῆ<sup>4)</sup> αὐτῶν πίστιν, καταξιωσον καὶ τὸν μετ' ἐκείνοντος (cf. Vitae E §§ 42 et 276), — recentioris autem codicis (X. IV. 6) pars, quae huc pertinet (folia chartacea 11—24 rect.), incipit verbis ἔξενεχθέντος · ἡ μὲν δύοοντος τριάς, ἡ μία θεότης (= editionis Guidianaæ, qua utor, p. 307, 1 s.; Vitae E § 2), desinit προστρε-

opinonem secutus (E. Miller Catalogue des manuscrits grecs de l’Escurial, Paris 1848, — quem librum nunc quidem praesto mihi non esse doleo), sed haec viri clarissimi sententia subscriptionis ope a Tychseno laudatae, ut par est, corrigenda est.

1) In huius codicis aetate definienda viros doctos inter se dissentire notandum est, ac Miller quidem (l. c. p. 403) partem membraneam ad saeculum XIII, chartaceam ad XIV perperam rettulit; — Tychseno autem teste, cui quin longe maior fides habenda sit, equidem nullus dubito, hic „Codex ex parte chartaceus recens ex parte membranaceus antiquior, seculi 14 ex eius tis aut ineuntis decimi quinti“ est; recentes vero cum Tychsen, tum Moldenhawer eos dicere solent codices, qui saeculo XVI antiquiores non sunt; — Delehaye denique ea, quae chartaceis foliis 11—24 continentur, saeculo XV scripta esse ait (Anal. Bolland., XXVIII, 1909, p. 385). — Ceterum adnotare haud ab re duco codicem X. IV. 6 a Tychseno paulo aliter signari (Γ. IV. 6), ac nullum esse dubium, quin ea, quae illis foliis chartaceis leguntur, saeculo XVI scripta sint, si quidem coniectura mea, quam paulo infra de Antonio Augustino proposui, probanda est.

2) Quam notitiam quin officiosa Hippolyti Delehaye viri clarissimi comitas aliquando mihi suppeditatura sit, non dubito, — nisi quidem Vandalorum beluarumque perfidissima illa pessimaque progenies, quae sese, qua est impudentia, „Kulturträger“ nuncupat, Bollandianam quoque bibliothecam Bruxellensem, ut Lovaniensem aliasque permultas, diripere ausa est. — Ceterum cf. p. 40 adn. 2.

3) Hac vero editione seorsus expressa, quae Romæ anno 1908 prodiit, uti me nondum potuisse praemoneo.

4) εἰλικρινῆν, quod in editione Guidiana legitur, sine dubio typothetae tribuendum est, quem errorem editor non perspexit.

*χόντων ὡς ἡμέραι* (leg. *ὅσημέραι*) *πάντων τῶν ἐθνῶν* (= p. 333, 14 s. edit. Guid.; Vitae E § 150), — quae quidem verba et ipsa ad eandem illam Vitam spectare mero sane casu non perspexit vir clarissimus, breviter hunc codicem describens<sup>1)</sup>.

Ceterum, num sui sit iuris hic codex (X. IV. 6), subdubito, nec suspicionem meam premam eum, Antonio Augustino († a. 1586) iubente, aut ex illo Escorialensi antiquiore (Ψ. IV. 26) — eo scilicet tempore, quo paulo quidem integriorem Vitae contextum praebebat, — aut ex alio quodam codice, veluti Taurinensi (n. 46), transscriptum esse<sup>2)</sup>. Nam olim quidem codex X. IV. 6 Antonii Augustini archiepiscopi Tarragonensis fuit, in eius Bibliotheca Graeca manu scripta numero 39 notatus, hic autem vir clarissimus optimeque de litteris Graecis ac Latinis meritus permultos codices antiquiores cum Escorialenses, tum Vaticanos, Venetos, alios variis librariis mercede conductis usus transscribendos sedulo curavit. — Quod si Vitae contextus in codice, quo de agitur, enuntiato abrumpitur imperfecto, hinc, ut mea quidem fert opinio, nequaquam colligendum est eum quoque codicem, ex quo hic (X. IV. 6) transscriptus est, eundem in modum Vitae contextum imperfectum praebuisse, — praesertim cum illa verba *προστρεχόντων ὡς ἡμέραι πάντων τῶν ἐθνῶν* in priore folii 24 pagina, Delehayeо teste, legantur. Immo nihil omnino impedit, quominus existimemus codicis X. IV. 6 librarium non totum exemplaris, quod

1) Haec enim de codice X. IV. 6 in Catalogo suo supra laudato notasse satis habuit (Anal. Bolland., XXVIII, 1909, p. 385): „Non tam codex quam codicillorum eorumque multorum congeries, varia continens theologica et ascetica, et, fol. 11—24 r fragmentum historicum quod videtur esse Vitae Constantini (inc. | ἐξενεχθέντος ἡ μὲν δύοσύστοις τριάς, ἡ μὲν θεότης — Des. προστρεχόντων ὡς ἡμέραι πάντων τῶν ἐθνῶν). Haec autem in charta scripta sunt saec. XV.“ — „Fol. 11, r. Extraits de la vie de Constantin le Grand“ incipere minus recte a Millero l. c. p. 403 notatum est. — „f. 11—24 Anonymi fragm. e M. Constantini vita“, nec plura, Tychsen.

2) Haec tamen altera conjectura longe minus probabilis esse mihi videtur. Ac Taurinensis quidem codicis propterea mentionem feci, quod solus ex omnibus, quorum lectiones mihi notae sunt, Vitarum E atque G codicibus cum Escorialensi X. IV. 6 consentit, ipse quoque illam scripturam ὡς ἡμέραι suppeditans, — nam reliquorum plerique recte ὅσημέραι praebent (FMVLQS), alii ὡς ἡμέραι (P), ὡς ἡμέραι (G) atque adeo ὥστε μέραι (CRW) exhibent. Iam vero, praesertim si antiquior quoque Escorialensis (Ψ. IV. 26) hoc loco ὡς ἡμέραι praebet, ex hoc codice cum alterum Escorialensem (X. IV. 6), tum Taurinensem transscriptos esse equidem existimaverim. Quod si verum est, iam dubitari non potest, quin uterque Escorialensis, ut scilicet Taurinensis, Vitam E contineat.

transscribere coepit, contextum exscripsisse, — apteque hac in re conferri potest Excerptorum de legatis Romanorum ad gentes codex Parisinus Gr. 2463 (olim Thuaneus), quem e codice Cantabrigiensi Collegii SS. Trinitatis 1195 (o. 3. 23) transscriptum esse nuper demonstravi<sup>1)</sup>, quique (foliis 110 r.—114 rect.) Excerptorum modo laudatorum exiguum tantum partem continet (ELR. ed. de Boor. p. 1, 1—8, 26 καὶ τελευτῶντες), cum ille Cantabrigiensis totam eorumdem seriem, quae superest, praebeat.

Denique tertii quoque codicis Escorialensis — X. IV. 11 (olim Antonii Augustini Gr. 89), bombycini, saec. XIV<sup>2)</sup>, ectypa solis ope facienda adipiscendi aliquam spem habeo, cuius foliis 3—[6 v.] excerptum quoddam continetur ἐκ τοῦ ὑπομνήματος τοῦ εἰς τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον περὶ τῶν ἀγίων ναῶν, οὓς ἔκτισεν ἡ μακαρία Ἐλένη ἡ βασιλισσα ἡ μήτηρ αὐτοῦ εἰς τὴν Ἱερουσαλήμ, — hisce verbis incipiens: ἐν τῷ τόπῳ, ἐν φῆν ὁ ἄγιος τάφος<sup>3)</sup>), — nec non codicis Veneti bibliothecae Marcianae Gr. 451, membranei, saec. XII, eorum scilicet foliorum, quae τῆς κατὰ τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον ιστορίας a Praxagora Athenensi conscriptae brevem enarrationem Photianam continent (Photii *Biblioth.* cod. 62).

At nulladum spes est aliquot aliorum codicum gravissimorum ectypa mox obtinendi, veluti Hierosolymitani Patriarch. 6, membranei, saec. IX—X, fol. 304 v.—305 v., de quo codice uberius infra dicetur (cap. VII § 2, XI), — Hierosolymitani Patriarch. 40, membranei, saec. XIII (nimirum fere exeuntis), qui fol. 220 v.—[252] Constantini Acropolitae Ἔγκλιμον εἰς τὸν πρῶτον τῶν εὐσεβῶν βασιλέων Κωνσταντῖνον τὸν ἴσαπόστολον continet<sup>4)</sup>, — Athoi 2743 (monasterii Δοχειαρίου 69), chartacei, saec. XIV, cuius foliis 265—[290] anonymum quidem

1) Визант. Временникъ, XXI, 1914, p. 89—97.

2) Sic codicis aetatem Miller p. 404 atque De le h a y e p. 386 definiunt, nec repugnare videtur Tychsen haec adnotans: „Codex [Γ. IV. 11] chartaceus ex diuulis aliorum quaternionibus temere compactus. octaua forma a etatis variae nulla tamen parte antiquus“, quamquam hinc potius de saec. XIV—XV, me quidem iudice, cogitandum est.

3) Haec verba solus Tychsen enotavit, titulum Latine a se redditum proferens, quem integrum Graece De le h a y e p. 386 exscripsit. — Propter illa verba, quibus hoc excerptum incipit, conferri possunt Vitae E § 220 atque Vitae G p. 642, 23 ss. editionis Guidianaee.

4) Cf. Ath. Papadopoulos-Kerameus, ‘Ιεροσολυμιτικὴ Βιβλιοθήκη, I p. 122.

*'Εγκώμιον εἰς τὸν ἄγιον καὶ θεόστεπτον βασιλέα Κωνσταντίνον* continetur<sup>1</sup>), quod tamen a Constantini Acropolitae opere modo laudato non esse diversum suspicari licet, ut mea quidem fert opinio, — Hierosolymitani Sabaitici 281, bombycini, saec. XIII, ubi fol. 21—[43] *Βίος καὶ πολιτεία τῶν ἀγίων καὶ ἐνδόξων καὶ φιλευσθῶν μεγάλων βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης, καὶ φανέρωσις τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ* legitur<sup>2</sup>), quae narratio quin ad Vitam E sit referenda, equidem non dubito idque mox alibi exemplis luculentissimis prolati demonstrabo, — Lesbii, monasterii τοῦ Λειμῶνος 43, bombycini, saec. XII—XIII, qui aut eandem Vitam E aut eius recensionem recentiorem (G) foliis 78 v.—[103] continet<sup>3</sup>), — Lesbii, eiusdem monasterii, 86, chartacei, saec. XV—XVI, quem et ipsum Vitam aut E aut G foliis 84—[112] praebere iam dudum agnovi, Athanasio Papadopulo-Kerameo, qui hunc codicem breviter descriptis<sup>4</sup>), de Laudatione illa (*'Εγκώμιον*) a Constantino Acropolita conscripta parum recte cogitante<sup>5</sup>), — Patmii 179, membranei,

1) Cf. S p y r. P. L a m b r o s *Κατάλογος τῶν ἐν ταῖς βιβλιοθήκαις τοῦ Ἅγιον Όρους ἔλληνισῶν κωδίκων*, vol. I, Cantabrigiae 1895, p. 239.

2) Cf. P a p a d o p u l o s - K e r a m e u s , ‘Ιεροσολ. Βιβλιοθήκη, II p. 401, atque supra — p. 5 (n. 8, A).

3) Cf. P a p a d o p u l o s - K e r a m e u s , *Μανδογορδάτειος Βιβλιοθήκη*, I (ἐν Κωνσταντινουπόλει 1884—1888), p. 53, col. II, ubi huius Vitae titulum non integrum, ut debuit, sed quodammodo contractum adferri dolendum est (*Βίος καὶ πολ. Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης · καὶ φανέρωσις τοῦ τιμίου Σταυροῦ*). — Ceterum occasione data monere mihi liceat eo quoque nomine hunc codicem Lesbiū notandum esse, quod amplissimam illam s. Symeonis stylitae iunioris Vitam ab Areadio discipulo eius conscriptam continet (fol. 103—[205]), quattuor aliis eiusdem Vitae codicibus a P. van den Ven (Byzant. Zeitschrift, XII, 1903, p. 159) enumeratis accedens.

4) *Μανδογορδάτειος Βιβλιοθήκη*, I p. 75—77. — De Constantini Vita (initio mutila), quae octavum locum in codice obtinet, haec ibi legimus (p. 75, col. II): *Ἄγος εἰς τὸν μέγαν Κωνσταντίνον, οὐ δὲ ἀρχὴ ἔλλειπε· „τοῦ καὶ Χλωροῦ, εἰς τοῦτο δηλησθῆ [leg. δηλασθῆ] παρὰ τῶν βασιλέων, ἀπὸ Ρώμης πρὸς Περσίδα σταλέντος“, φ. 84 a.* Praeterea paulo supra nota adfertur: „*Αύτη* (sic) ἀπόδε [hoc quoque loco „sic“] equidem adiecerim, nam ἀπόδε et ipsum non rectius quam illud *Αύτη* scriptum est, scilicet pro ἀπ' ὥδε = ἀφ' ὥδε] καὶ ἔμπροσθεν ἀπὸ τὸν βίον τοῦ μεγάλον Κωνσταντίνου φύλ [sic in Catalogo profertur, sed potius φύλον in codice scriptum esse reor] α'“, quae in margine inferiore eius paginae legitur, qua sermo praecedens finitur, additque Catalogi conscriptor sequi deinceps duo folia vacua.

5) Ibid. p. 75, col. II, adn. 3. — Quod ut coniceret, ea potissimum re ad ductus esse videtur vir clarissimus, quod Constantini Vita inter duos Constantini Acropolitae sermones in hoc codice collocata est, nam praecedit eam „τοῦ σοφω-

saec. XIII fere ineuntis, qui anonyma quadam Constantini Vita incipit, cuius quidem titulum tantummodo Sakkelion exscripsit, — *Bίος τοῦ ἐν ἀγίοις μεγάλον βασιλέως καὶ ἰσαποστόλον Κωνσταντίνου*<sup>1)</sup>, — nec quibus ea verbis incipiat ac desinat, nec quot foliis continetur, adnotans, ut, qualis fere sit haec Vita, certi quidquam dici nequeat<sup>2)</sup>), — horum igitur similiumpque aliorum codicum ectypa

τάτον μεγάλον λογοθέτον τοῦ Ἀχροπολίτον λόγος [nondum editus] εἰς τὸν ἀπόστολον καὶ εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην τὸν Θεολόγον<sup>“</sup>, hisce verbis incipiens (fol. 65 v.): *Τῇ δὲ ἡμέρᾳ ἥμιν ὁ πάμμεγας Ἰωάννης, excipit autem (fol. 112 r.) „τοῦ σοφωτάτου λογοθέτον χυροῦ Κωνσταντίνου τοῦ Ἀχροπολίτον λόγος εἰς τὴν ἀγίαν διαιρέστρων καὶ θαυματουργὸν Θεοδοσίαν*<sup>“</sup> (Migne P. G. CXL, 893—936). Atqui audaciorem quam feliciorem esse istam viri clarissimi conjecturam vel hinc illico intellegitur, quod verba illa in adnotatione praecedenti prolati, quibus fol. 84 incipit, in Constantini Magni Laudatione a Constantino Acropolita conscripta, a Constantino Simoni de Londinii anno 1853 edita, nusquam reperiuntur, quod quidem et ipse Ath. Papadopoulos-Kerameus l. c. notavit. Iam vero, cum eadem illa verba in Vitae E § 8 (= Vitae G, p. 307, 27 ss. edit. Guidiana) redire videamus, ubi haec leguntur: *δὲ καὶ γέγονε, Κώνσταντος τοῦ λεγούμενον Παντόπετον (παντόπετον <τα> τον [sic] parum feliciter Guidi p. 307, 27, nec rectius postmodo Παντόπετον in Corrigendis p. 662, hoc quidem per calami lapsum), τοῦ καὶ Χλωροῦ, εἰς τοῦτο δῆλα δῆ παρὰ τῶν βασιλέων Διοκλητιανοῦ (φημι add. h.) καὶ Μαξιμιανοῦ. ἀπὸ Ρώμης πρὸ δὲ Ηερού δια ἀποσταλέντος, — hinc manifestum fit codicis Lesbia foliis 84 ss. Constantini Vitam contineri, quae aut ad antiquorem recensionem (E) aut ad recentiorem (G) pertinet omninoque ab illo Constantini Acropolitae opere diversa est. Ac ne quis forte potius Vitam F in hoc codice Lesbio inesse opinetur, eundem locum in F sic legi addo: δὲ καὶ γέγονεν, Κώνσταντος τοῦ λεγούμενον Παντόπετον, τοῦ καὶ Χλωροῦ, παρὰ τῶν βασιλέων πρὸ δὲ Ηερού δια ἀποσταλέντος.*

1) Ioannes Sakkelion, *Πατμιακὴ Βιβλιοθήκη*, Αθήνασιν 1890, p. 100, α'.

2) Ob solam quidem titulorum similitudinem hanc Vitam anonymam cum Vita ab Ioanne quodam lectore Magnae Ecclesiae (scil. Constantiopolitanae) conscripta contulerim, quam duo codices Constantiopolitani in catalogis vel potius indicibus intra annos 1565 et 1575 scriptis commemorati, postea iam deperditi, praebebant, — alter Constantini Varini (τοῦ ἐντικατάτον καὶ θεοσεβεστάτον παπᾶ χυροῦ Κωνσταντίνον τοῦ Βαρζήνον καὶ μεγάλον σακελλαρίου τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας, — cf. R. Foerster, De antiquitatibus et libris manuscriptis Constantinopolitanis commentatio, Rostochii 1877, p. 16 col. I) numero 36 in eius codicum indice notatus: *Ιωάννου ἀναγνώστον τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας ἴστορια καὶ βίος τοῦ ἀγίου καὶ ἰσαποστόλον μεγάλον Κωνσταντίνου* (cf. Foerster l. c. p. 17 col. II). — alter Ioannis Sutzi (τοῦ ἐνδοξοτάτον ἀρχοντος χυροῦ Ἰωάννου τοῦ Σούτζον) numero 12 notatus: *Ιωάννου ἀναγνώστον τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας τῆς ποεσβντέρας [immo νέας] Ρώμης ἴστοριαι [leg. ἴστορια] καὶ βίος τοῦ μεγάλον Κωνσταντίνου καὶ ἰσαποστόλον βασιλέως* (cf. Foerster p. 19 col. I; notula καὶ τὸ χαρτὶ ἔνε βεβρύσκεται adiecta hunc codicem membraneum fuisse docet; — ceterum haud scio an illa τῆς πρεσβυτέρας Ρώμης omnino delenda sint, quippe quae hic facillime ex praecedentibus inrepere potuerint, per merum librarii errorem iterata: saltem in codicis 10 descriptione sub finem fit πατριάρχον Κωνσταντινούπολεως Φωτίον καὶ Ἰωάννου

mox obtinendi nulladum, inquam, spes est nunc quidem, cum totus fere terrarum orbis bello atrocissimo ardeat, quod a veritatis, iustitiae, libertatis propugnatoribus vindicibusque acerrimis adversus barbaros abiectissimos ac sceleratissimos, prae quibus vel Hunnos illos pro mitissimo quodam probissimoque populo iusto iure haberiposse nemo sanus negabit, iam prospere geritur.

Ceterum notandum est paulum quidem afuisse, quin anno 1906 exente Cracoviensis quoque codicis Musei principum Czartoryskiorum 2852, membranei, saec. fere XIV<sup>1)</sup>, ectypa, Iosepho Jaroszyński historiae studioso Iurievensi, postmodo Cracoviensi, comiter intercedente, Mariano Sokołowski Musei praefecto clarissimo humanissime permittente, obtinerem, sed res quaedam domesticae parum felices, quae mihi tunc temporis obvenerunt, impedimento fuere, quominus haec ectypa nanciscerer. Hoc tamen iam haud ita aegre fero, nam ss. Constantini et Helenae Vitae, quam hic codex foliis 1—28 v.<sup>2)</sup> continet sic inscriptam: *Bίος καὶ πολιτεία τῶν ἀγίων καὶ ἐνδόξων καὶ φιλενσεβῶν μεγάλων βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης<sup>3)</sup>*, contextum temere parumque scite interpolatum esse suspicari licet, idque ipsius clausula — δὸς τὴν τιμίαν καὶ μεγιστηρίαν αὐτοῖς ἀρετὴν καὶ<sup>4)</sup> πλοτιν· ἀξιώσει<sup>5)</sup> ἡμᾶς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ

*πάπα τῆς πρεσβυτέρας ‘Ρώμης* mentio). — Hunc Ioannem lectorem ab illo Ioanne Anagnostē Thessalonicensi (*Ιωάννης ὁ Ἀραγνώστης*), qui Διήγησον περὶ τῆς τελευταίας ἀλώσεως τῆς Θεσσαλονίκης aliquot annis post annum 1430 conscripsit (ed. Imm. Bekker, Bonnae 1838), utique diversum esse reor.

1) Quod ad aetatem huius codicis definiendam attinet, eum potius saeculo XV quam XIV scriptum esse Eduardus Golllob existimavit (Verzeichnis der griech. Handschriften in Oesterreich ausserhalb Wien, — in Sitzungsber. der Kais. Akad. der Wiss. in Wien, philos.-histor. Classe, CXLVI, 1903, comment. VII p. 27), C. Ranoschek vero vir doctissimus, qui ab H. Delehaye rogatus codicem inspexit, hunc ad saec. XIII—XIV refert (cf. C. van de Vorst et H. Delehaye Catal. supra laud. p. 91).

2) Cf. van de Vorst et Delehaye, l. c. p. 91; — folio 29 v. finiri Constantini Vitam vix recte ait Golllob, l. c. p. 27.

3) Notandum est solitum illum atque genuinum Vitae sive E sive G titulum in hoc codice, omissis verbis καὶ φανέωσις κτλ., dimidiatum esse, — qua quidem in re iste liber manu scriptus cum Vitae E codicibus MV (nn. 31 et 19) congruit, quos et ipsos interpolationibus inquinatos esse suo loco ac tempore demonstrabo.

4) Deinceps τὴν εἰς σὲ εἰλικρινῆ (ἀντῶν add. G) in EG legitur.

5) Sic cod., — ἀξιώσον E, καταξιώσον G. — Iam vero hinc perspicitur istam Vitam Cracoviensem ex Vita E, non ex G, profluxisse.

*Υἱοῦ καὶ τοῦ ἀγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τὸν  
αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν<sup>1)</sup>), — cum Vitarum **E** atque **G** clausulis<sup>2)</sup>  
conlata satis diserte significare mihi videtur, unde codicem Craco-  
viensem ceteris omnibus mihi quidem notis, qui eiusdem Vitae  
sive antiquiore recensionem (**E**) seu recentiore (**G**) continent,  
longe deteriore esse censeo<sup>3)</sup>.*

Praeterea cominemorare haud ab re duco me de Nicephori quoque Callisti f. Xanthopuli Historiae Ecclesiasticae librorum VII et VIII omnibus iis capitibus, quibus de Constantino Magno deque s. Helena agit, Vitam **E** videlicet enarrans, cum unico illo codice Vindobonensi hist. Gr. 8 Nessel. (7 Lamb.) conferendis olim quidem cogitasse, impetrare tamen non potuisse, ut praclarus codex Iurievum transmitteretur<sup>4)</sup>.

Nec haece denique silentio praetereunda esse puto. Petenti mihi anno 1909, ut Iurievum „cod. Marc. CLXVIII, pars. III. class. II“<sup>5)</sup> transmitteretur, ad cuius fidem anno 1884 Theodo-

1) Priorem huius clausulae partem (*δός — χάριτι*) van de Vorst et Delehaye, l. c. p. 91, adferunt, posteriorem (*χάριτι — ἀμήν*) Gollob, l. c. p. 27, enotavit, quae verba, ut par est, coniuncta hic protuli, ac diductis quidem ea dedi litteris, quae a genuino Vitarum **EG** contextu differunt.

2) Harum utraque clausula suo loco infra profertur, — v. cap. VII § 2, XII et XV.

3) Occasione oblata haud ab re notare duco Chisianum quoque codice m supra commemoratum (R. V. 34) interpolationibus non carere, quippe qui Constantini Vitam, Gino Pierleoni teste (Studi italiani di filol. class., XV, p. 329), hisce verbis finiat (fol. 133 v.): *καὶ τὸν πιστὸν λαόν* (λαόν dedit Pierleoni) *σον ἐν εἰσοὴν γ φύλαξον καὶ δύονοις, θτι σοι* (*σοι* in rasura scr.) *πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσενένησις νῦν καὶ ἀεὶ* *κτλ.*, mirum quantum a genuino contextu abhorrens, atque genuinum illum Vitarum **EG** titulum iam temere utrimque mutilatum praebeat, et prima illius verba (*Blos καὶ* et postrema — *τὸν Κυρον* (*καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος* add. **G**) *ἡμῶν Ἰησοῦ* *Χριστοῦ* — omittens. Notandum tamen est pro certo quidem adfirmari non posse postrema haec verba ab interpolatore, quem brevitatis causa Chisianum dicam, electa fuisse: eadem enim verba Taurinensis quoque codex (n. 46) ceteroquin egregius omittit, quicum etiam hoc iste liber Chisianus commune habet, quod neuter vocem *ἄγλον* ante illud *σταυροῦ* suppeditat. Hinc vero haud scio an colligere liceat Chisianam quoque Constantini Vitam ad antiquiore illam recensionem (**E**) pertinere.

4) Diligentissimam huius codicis descriptionem praebet Guil. Weinberger, Beiträge zur Handschriftenkunde, I (Sitzungsber. der Wiener Akad., philos.-histor. Klasse, CLIX, 1908, Abh. VI) p. 58—61.

5) Sic enim hunc codicem signavit Theophilus Ioannis (*Μημεῖα* *ἀγιολογικὰ* *νῦν πρῶτον ἐκδίδομενα ὑπὸ Ἱεροδιακόνου Θεοφίλου* *Ιωάννου* *Διδάκτορος τῆς Φιλολογίας, Βενετίᾳ* 1884) p. 164 adn.

philus Ioannis hierodiaconus doctissimus Vita m ss. Constantini et Helenae (*Bιος καὶ πολιτεία τῶν ἀγίων θεοστέπτων μεγάλων βασιλέων καὶ ἰσαποστόλων Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης*) ab Ignatio metropolita Sely(m)briensi conscriptam edidit<sup>1)</sup>), — responsum est „codicem Marcianum 168“ nec in Bibliothecae Regiae catalogo neque in huius catalogi supplementis („Catalogue Zanetti“) recenseri.

Nescisse tamen videtur vir doctissimus, qui haec rescripsit, codicem Marcianum II. 168, olim Nanianum Gr. 309, chartaceum, saeculo, ut mox demonstrabo (v. cap. VII § 1, III), XV potius quam XVI exaratum tribusque partibus sive voluminibus constantem, iam dudum in Mingarelli Catalogo descriptum esse<sup>2)</sup>). Quin etiam in ipsa bibliotheca Marciana, Delehaye teste, adhuc exstat Catalogi Zanettiani<sup>3)</sup> appendix manuscripta, quam bibliothecarii composuerunt, omnes in eam codices, „qui vel inde ab anno 1740 in bibliothecam inlati sunt, vel de quibus Zanettianus catalogus silet“, in classes distributos referentes<sup>4)</sup>; — nec dubitari potest, quin hac in appendice etiam codex II. 168 suo loco recenseatur.

Verum tamen nunc quidem hunc codicem haud integrum esse Delehaye l. c. p. 221 rectissime notavit, sic disserens: „Librum non integrum esse ex eo constat quod incipit ab oratione quae designatur velut *λόγος ρς'*. Ultima porro dicitur *λόγος πς'*"<sup>5)</sup>; — hinc autem appareat totius quidem codicis II. 168 solam secundam partem superesse. Quod vero ad reliquas eius duas partes (I et III) attinet, utrum alicubi in bibliothecae Marcianae scriniis delitescant an deperdite sint, incertum est.

1) *Μνημ. ἀγιολ.* p. 164—229.

2) L. A. Mingarelli Graeci codices manuscripti apud Nanios patricios Venetos asservati, Bononiae 1784. — Hoc libro uti me nondum potuisse praemoneo.

3) <A. M. Zanetti et A. Bongiovanni> Graeca D. Marci bibliotheca codicum manu scriptorum per titulos digesta. <Venetiis> 1740.

4) H. Delehaye Catalogus codicum hagiograph. graecorum biblioth. D. Marci Venetiarum (Anal. Bolland., XXV, 1905) p. 169.

5) Illam vero Constantini Vitam ab Ignatio conscriptam locum CXXII in codice obtinuisse (*λόγος ρςβ'*) ex nota marginali perspicitur, quae a Theophilo Ioannis l. c. p. 164 adn. adfertur.

## CAPVT VII.

Iam, quonam ordine ss. Constantini et Helenae Vitas Laudationesque supra laudatas in Sylloge mox edenda sim dispositurus, praemonere mihi liceat.

Hanc Syllogen in duas partes dividam, quarum altera eas Vitas Laudationesque continebit, quae certorum auctorum sunt, altera anonymas praebebit, litteris Latinis notandas, quo commodius faciliusque cum laudari, tum in Sylloge a legentibus inveniri possint.

### § 1.

In priore igitur Sylloges nostrae parte haece continebuntur Vitae Laudationesque :

#### I.

Praxagorae Atheniensis *Tῆς πατὰ τὸν μέγαν Κωνσταντίνον ἴστοριας* brevis enarratio Photiana (*Biblioth. cod. 62*) — ad fidem utriusque codicis Marciani — Gr. 450 (n. 50) et 451 (p. 41) — edenda, quos ex omnibus *Bibliothecae Photianae* libris manu scriptis solos sui esse iuris iam constat<sup>1)</sup>.

#### II.

Nicephori Gregorae (*λόγος*) εἰς τὸν ἐν βασιλεῦσι μέγιστον πατὴν ἄγιον Κωνσταντίνον τὸν ἰσαπόστολον — ad fidem itidem duorum codicum edendus, Dresdensis (n. 27) et Vindobonensis (n. 52), qui soli, quantum scio, hunc sermonem servaverunt.

Incipit: Τὸ μὲν κεφάλαιον τῆς ἐνταῦθα σπουδῆς πατὴν φιλοτιμίας ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι οὐ τὴν ἀξίαν ἐστὶν ἀποδοῦναι φωνὴν τῷ μεγάλῳ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ, ἀλλὰ τὸ προσῆκον ἐκτίνειν ἐθέλοντας χρέος μὴ τελέως ἐκπεσεῖν τῆς προθέσεως πατὴν τῶν ἐλπίδων τὸ σπάφος εὐθὺς πλανωμένοις ἐκδοῦναι δοθίοις πατεύμασι.

Desinit: δὸς ἐξ ὑψους δύναμιν τῷ σῷ λαῷ τῶν νῦν ἐπικειμένων παπῶν ἐπίκουρον κινδύνου παντὸς ἀνώτερον δεῖξον τὸ πατὴν σῆς ἡγεμονίας πλήρωμα πλάτυνον τὸν τῆς Ρωμαιᾶς ἐξουσίας ὅρονς χάρισαι τοῖς τῆς σῆς βασιλείας διαδόχοις, τοῖς εὐσεβέσιν ἡμῶν βασιλεῦσι,

1) Cf. Edgar Martini Textgeschichte der Bibliothek des Patriarchen Photios von Konstantinopel, I. Teil, Lpz. 1911, p. 107.

τρόπαια καὶ νίκας κατ' ἔχθρῶν · ὑπόταξον ὅπὸ τοὺς πόδας αὐτῶν πάντα ἔχθρὸν καὶ πολέμιον, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἀμα τῷ ἀγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ καὶ προσκύνησις νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Hic Nicephori Gregorae sermo totus quidem nondum est a quoquam editus, nam nonnullos tantummodo locos eius Schelhornius atque Lambecius publici iuris fecerunt, hic codicem Vindobonensem supra laudatum (n. 52) describens<sup>1)</sup>, ille — Dresensem (n. 27), qui codex tunc quidem temporis Ulmensis fuit, „Bibliothecae Perillustris Domini Raymundi de Krafft“<sup>2)</sup>.

### III.

Ignatii metropolitae Selybriensis<sup>3)</sup> Βίος καὶ πολιτεία τῶν ἀγίων θεοστέπτων μεγάλων βασιλέων καὶ ἰσαποστόλων Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης.

Incipit: Μέγιστον μὲν τῶν ὅντων ἐστὶν ὁ Θεὸς, κάλλιστον δὲ ἀρετὴ, ἐπείπερ αὕτη περὶ Θεόν τε καὶ θεῖον, κτλ.

Desinit: ὡς ἄν<sup>4)</sup> διὰ πίστεως ὁρθοδόξου καὶ πολιτείας εἱλικρινοῦς τέλειοι γενόμενοι ἀπατάριτοι σταῖημεν <ἐν?> τῷ φοβερῷ αὐτοῦ βήματι εὐχαῖς καὶ ἴκεσίαις ὑμῶν τῶν ἀγίων θεοστέπτων<sup>5)</sup> μεγάλων βασιλέων καὶ ἰσαποστόλων Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης καὶ πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνος ἀγίων, ἀμήν.

Hanc Vitam a Theophilo Ioannis anno 1884 ad fidem codicis

1) P. Lambecii Commentariorum de Augustissima Bibliotheca Caesarea Vindobonensi ed. II opera Ad. Fr. Kollarrii, VIII (Vindob. 1782), col. 136—147.

2) <Ioann. Georg. Schelhornius,> „Amoenitates literariae, Quibus Variae Observationes, Scripta, item quaedam anecdota et rariora Opuscula exhibentur. Tomus Tertius, Editio altera correctior. Francofurti et Lipsiae 1730“ [prior editio ibidem a. 1725 prodiit], p. 88—97.

3) Hanc nominis formam vulgatae illi (*Σηληνμβρία*) praetuli, ipsius Ignatii subscriptiones secutus, — veluti hanc, anno 1431 Aprilis die 4 factam: καὶ τὸ παρὸν μηναῖον ὁ φενυρωνάριος ἐτελειώθη διὰ χειρὸς ἐμοῦ τοῦ ταπεινοῦ μητροπολίτον Σηληνμβρίαν Ἰγνατίου, κτλ. — cod. Musei Britann. Addit. 31919 fol. 94 (H. Monast Notes sur les mss. grecs du British Museum — in Bibliothèque de l'Ecole des chartes, XLV, 1884 — p. 339 s.).

4) ὡς ἄν cod. Ottobonianus (n. 49): ὡσᾶν editor Venetus, libri Marciani scripturam perperam retinens.

5) Verba τέλειοι — θεοστέπτων omissa sunt in BHG. (= Bibliotheca hagiographica Graeca, ediderunt socii Bollandiani. Editio altera emendatior, Bruxellis 1909) p. 52 (n. 362), sine ulla lacunae significatione.

Marciani II. 168 partis III, nunc quidem aut alicubi delitescentis aut deperditae, editam esse iam norunt legentes (cf. supra p. 46). Quam editionem recognoscere haud ab re duco, ut non modo contextum Graecum emendatiorem pro parte virili praebeam, verum etiam fontes, quibus Ignatius Sely(m)briensis usus est, indicem.

Codicis Vaticanani Ottobonianii Gr. 441 (n. 49) folia 30—32, quae initium et finem huius operis Ignatiani continent, utrum sui sint iuris an ex illo M(arciano) transscripta sint, nunc quidem nondum definire possum, quoniam nec duarum O(ttobonianii) paginarum, quas solas — easque, ut videtur, haud integras — meum in usum Cereteli transscripsit (fol. 30 r. et 32 r.), contextus cum editionis principis contextu conlatus ad quaestionem supra laudatam solvendam quidquam certi confert, nec uberiorem codicum MO descriptionem habeo: namque non modo Mingarellianum illum catalogum, sed etiam Feron-Battaglinianum<sup>1)</sup> nancisci non potui. Prior tamen illa coniectura in praesenti paulo saltem probabilior esse mihi videtur, indicia quaedam respicienti, quae suo loco ac tempore proferam. Sin autem codicis O illa folia ex M transscripta sunt, id ferme solum lucramur, quod codicis M aetas iam certius definitur: hunc enim codicem anno 1477, quo apographum eius (O) exaratum est, recentiorem non fuisse per se intellegitur.

Iam vero, occasione data, notandum est codicis M aetatem ab Hippolyto Delehaye hisce verbis significari: „Ab eodem Gregorio, qui codicem praecedentem scripsit, exaratus“<sup>2)</sup>, — hunc autem codicem praecedentem, i. e. Marcianum Gr. II. 167, praeter prima duo folia membranea, quae ad alium quandam codicem saeculo XI scriptum pertinent, ad saec. XVI—XVII a viro clarissimo referri<sup>3)</sup>. Ab hoc tamen Maria Vogel et Victor Gardthausen dissentunt, qui codicem II. 167 (olim Nanianum Gr. 308) anno 1481 exaratum esse aiunt, videlicet catalogi Mingarelliани, cuius paginam 520 laudant, testimonio nisi<sup>4)</sup>. Quod si verum est, M quoque codicem ad

1) E. Feron et F. Battaglini Codices mss. graeci Ottobonianii biblioth. Vaticanae, Romae 1893.

2) Anal. Bolland., XXIV, 1905, p. 221.

3) Ibid. p. 220.

4) M. Vogel und V. Gardthausen, Die griech. Schreiber des Mittelalters und der Renaissance [Beihefte zum Zentralblatt für Bibliothekswesen, XXXIII], Lpz. 1909, p. 93.

saeculum XV potius quam ad XVI referendum esse appareat, nec repugnare huic opinioni parvulum eiusdem codicis scripturae specimen a Theophilo Ioannis datum videtur.

Ceterum, utcumque illa quaestio de ratione inter codices MO intercedente solvenda est, ad operis Ignatiani, quo de agitur, contextum constituendum codicem O aut parvi admodum aut prorsus nullius esse momenti vel hinc perspicitur, quod perexiguam tantum huius operis partem iste codex praebet, — et quidem tantummodo initium usque ad verba καὶ ἀθανάτῳ βασιλεῖ (inclus.) p. 165, 6 ed. Theophil. et — hac nota (minio scripta) praemissa: καὶ πρὸς τὸ τέλος τοῦ λόγου εὐχὴ τοῦ αὐτοῦ ἀγιωτάτου μητροπολίτου, ἔχω<sup>1)</sup> οὗτως · — finem inde a cap. 55 (*Ἄλλ,* ὃ μέγιστε βασιλέων κτλ.) p. 225, 13—229, 27<sup>2)</sup>.

Iam restat, ut codicis Lesbii, monasterii τοῦ Αειμῶνος, 268, chartacei, a. 1552 scripti, mentionem iterum faciam<sup>3)</sup>, cuius fol. 563 v. et (solis tribus fere quattuorve) insequentibus eadem Constantini Vita Ignatiana legitur, non tamen integra, quod quidem vel foliorum, quibus continetur, numerus perquam exiguis illico demonstrat<sup>4)</sup>, vix plura praeberi quam in codice O simul significans. Iam vero, si quis praeterea libri L(esbii) aetatem atque illud respexerit, quod L eundem atque O praebet huius operis Ignatiani titulum<sup>5)</sup> eoque nomine hi codices eundem in modum a libro M differunt<sup>6)</sup>, — perfacile sane coniiciat aut L ex O transscriptum

1) Sic in O, Ceretelio teste, legitur, idque sine dubio in εχω<ν> corrigen-dum est potius quam εζει restituendum. Quod autem ad illud εχων pro εχονσα usurpatum attinet, cf. Joseph Vogeler Zur Sprache der griech. Heiligenle-genden, München 1907, p. 40, ubi et exempla similia proferuntur, et viri docti, qui de isto usu egerunt, laudantur.

2) Hinc supplendam esse huius codicis descriptionem in CHV. p. 296 datam obiter adnoto, — namque nulla ibi fit mentio huius εὐχῆς, qua sermonem suum Ignatius perorat.

3) Cf. supra p. 22 adn. 2.

4) Quoniam huius codicis folio haec Vita finiatur, a Papadopulo-Kerameo (*Μανυ-ρογράφατειος Βιβλιοθήκη*, I p. 128, 61) diserte non indicari dolendum est, — non posse tamen de fol. 568 r. cogitari, quo anonymum quoddam opusculum Περὶ τῶν χερόνων τῆς ἐνταῦθα ζωῆς τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου incipit (ibid. p. 128, 62), inde elucet, quod illam Vitam Ignatianam non hoc opusculum, sed duo quaedam Gre-gorii Nazianzeni fragmenta excipiunt.

5) Missum enim illud facio, quod κυροῦ L, ut M, praebet, κυρ in O legi vi-detur (cf. supra p. 22 adn. 3).

6) Conferenda est altera pars tituli, qui in OL legitur: πολημα τοῦ σοφω-τάτου καὶ λογιωτάτου καὶ μακαροῦ ἐκείνου κυροῦ (κυρ O) Ἰγνατίου μητροπολίτου

esse, aut horum utrumque codicem ex uno eodemque fonte profluxisse.

Quae cum ita sint, in contextu huius Vitae constituendo libri L auctoritatem non pluris quam O aestimandam esse apparet.

#### IV.

Constantini Acropolitae *'Εγκώμιον εἰς τὸν πρῶτον τῶν εὐσεβῶν βασιλέων Κωνσταντίνου τὸν ἰσαπόστολον*<sup>1)</sup>). — Hanc Laudationem editurus sum ad fidem codicis Parisini (n. 36), qui contextum haud integrum praebet<sup>2)</sup>, atque editionis principis infra laudandae, quae mihi instar trium codicum Athoorum est.

Incipit: *'Αρά τις εὐσεβείας ζῆλον αὐχῶν καὶ λόγων ἔχων ἰσχὺν ἔτερον ἀν τιμῆσαι προδημηθείη τοῖς λόγοις καὶ ἐπ' ἄλλῳ τῇ τέχνῃ χρήσασθαι ἔλοιτο, περιίδοι δέ πως τὸν ἐν βασιλεῦσιν ὄντως ἀοιδιμον, Κωνσταντίνον φημι τὸν πάνν, οὐ κλέος ἀληθῶς οὐρανὸν ἱκάνει καὶ κλῆσις χθύνα πληροῖ; — οὐδενονν· οὐ γὰρ εὔλογον.*

Desinit: *σὺ δ' ἀλλ' ἐπακούσαις ἡμῶν τῆς αἰτήσεως καὶ πρὸς πέρας ἀγάγοις τὰ τῆς ἐφέσεως, — ναι ναι, προστάτα καὶ βασιλεῦ, ναι, πολιοῦχε καὶ πρόμαχε· κάγω σοι δὲ τῶν ἐγκωμίων τῶνδε προσαγωγεὺς καὶ τῆς ποιῆς ἵκετηρίας προϊγροδος, δις τῇ ὁμωνυμίᾳ καὶ τῷ ἐντεῦθεν φίλτρῳ μεγάλα ἐπὶ σοὶ καὶ τῇ σῇ προστασίᾳ θαρρῶ, δέομαι, λιπαρῶς δέομαι, παρ' ὅλον με κυβέρνα τὸν βίον καὶ ἀπρόσκοπτα τὰ κατ' ἐμὲ διατίθει· μετὰ δὲ τὴν τοῦ γηῆνον σκήνων ἀπόθεσιν, ἢ μᾶλλον τοῦ συναμφοτέρου διάξενην, ἥλεών μοι θείης τὸν Κύριον, συχνά καὶ ἀσύγγινωστα παροργίσαντι· αὐτῷ πᾶσα πρέπει δόξα, τιμὴ καὶ μεγαλοπρέπεια, νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.*

Haec Laudatio primum a Constantino Simonide, — quem Ath. Papadopoulos-Kerameus nec semel falsarium famosum („ὅ περιβόητος πλαστογράφος“) dicit<sup>3)</sup>, — Londinii anno 1853 publici

*Σηλυβρίας*, cum codicis M nota marginali (a Theophilo Ioannis l. c. p. 164 adn. adlata): *λόγος ωρβί τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου καὶ μακαρίου ἐκείνου Ιγνατίου μητροπολίτου Σηλυβρίας ποιηματικός*.

1) Hunc titulum codex Hierosolymitanus Patriarch. 40 supra laudatus (p. 41) suppeditat eumque genuinum esse reor, Athois quoque codicibus conlatis; pleniorēm vero illum, quem liber Parisinus (n. 36) praebet, recentiori cuidam recensioni tribuendum esse existimo.

2) Non solum enim fine mutilus hic codex est, verum etiam insuper quatuor lacunis laborat, quae post paginas 446, 454, 458, 482 deprehenduntur.

3) *Μανρογορδάτειος Βιβλιοθήκη*, I p. 75 col. II adn. 3, atque eiusdem *Ιεροσολυμιτική Βιβλιοθήκη*, I p. 122.

ius facta est<sup>1)</sup> ad fidem trium codicum Athoorum, nunc quidem alicubi delitescentium, nisi forte iam omnes deperditi sunt, — quorum unus fuit monasterii Dionysii, anno 1504 a Panareto Thapsaceno<sup>2)</sup> hieromonacho exaratus et Laudationem illam sic inscriptam praebens: ‘Υπόμνημα Κωνσταντίνον Ἀκροπολίτον καὶ λογοθέτον τῶν γενικῶν εἰς τὸν ἄγιον καὶ θεόστεπτον βασιλέα Κωνσταντίνον τὸν μέγαν καὶ ἰσαπόστολον<sup>3)</sup>), alter — bibliotheca τοῦ Πρωτάτου (τῶν Καρυωνῶν), anno 1550 ab Antonio Samio monacho scriptus (*Κωνσταντίνον Ἀκροπολίτον μεγάλον λογοθέτον Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἄγιον καὶ θεόστεπτον βασιλέα Κωνσταντίνον*), tertius denique — olim monasterii τῆς Σιμωνίδης, tunc autem ipsius Simonidis, anno 1585 a Cyrillo Patareo monacho exaratus (*Κωνσταντίνον Ἀκροπολίτον Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἄγιον καὶ θεόστεπτον βασιλέα Κωνσταντίνον τὸν μέγαν*).

## V.

Euthymii patriarchae Ternoviensis **ПОХЛАПНОЕ СКАДЫМЪ КЕЛНКЫМЪ И РАВНОПОСТОЛЬНЫМЪ ЦАРЕМЪ КОНСТАНТИНУ И ЕЛЕНЬ**, — cf. supra n. 41.

1) Huius editionis utenda copiam insignis illa Hippolyti Delehaye viri clarissimi humanitas mihi anno 1913 dedit. Qui liber — vel potius libellus (nam solas VI + 37 paginas continet) — cum rarissimus sit, duplum eius titulum hic integrum excrivere haud ab re duco :

‘Ἐγκώμιον Κωνσταντίνον Ἀκροπολίτον καὶ μεγάλον λογοθέτον εἰς τὸν ἄγιον καὶ θεόστεπτον βασιλέα Κωνσταντίνον τὸν μέγαν καὶ ἰσαπόστολον. Ἐξδοθὲν πρῶτον ἡδη ὡς ἔχει ἐν χειρογράφοις ὑπὸ Κωνσταντίνον Σιμωνίδον ὃ καὶ τοῖς ἀνελκακοῦσι τῷ ἐκδότῃ ὁ αὐτὸς ἀνατίθησαν.

“Δεῖ πάντας ἀναγνώσκειν μετ’ ἐπιστολαῖς παντὸς ἀνδρὸς ἐνδόξον βίου.”

Ἐνδισκεται ἐν Λορδίνῳ ἐν τοῖς Βιβλιοτάκειοις τῶν Κ. Κ. Λογγυμάνου, Βρεσούνος, Γρήν, καὶ Λογγυμάνου. ΑΩΝΓ! ||

The panegyric of that holy, apostolic, and heaven-crowned king, Constantine the Great, composed by his head logothetes Constantine Acropoliti, faithfully copied from the mss., and now for the first time published, by Constantine Simonides, who dedicates the work to those who bear the editor no good will.

“The life of every eminent man ought to be read with deep attention.”

London : Longman, Brown, Green, and Longmans. 1853.

2) Qui a Simonide quidem, l. c. praefat. p. V, sic dicitur: „Panareti a Hieromonach (an unmarried priest), of Thapsekinos.“

3) Ab hoc codice omnino diversum esse eum apparet, qui nunc in eiusdem monasterii bibliotheca exstat, anno 1540 a Dositheo monacho scriptus et (septimo loco) „Τοῦ σοφωτάτου μεγάλον λογοθέτον Κωνσταντίνον τοῦ Ἀκροπολίτου Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἄγιον θεόστεπτον καὶ ἰσαπόστολον βασιλέα Κωνσταντίνον“ continens, — eod. Athous 3682 (monast. Dionysii 148), quo de cf. Lambri Catalogum, vol. I p. 345 col. II.

**I**n cipit: Солнца свѣтлѣише настоащее показа съ трѣжес'тво, всѣх просвѣщающе мысли и д(оу)ша веселѧщи: оно бо въ д(ь)ни точию сиаетъ, нощю же покровено бываетъ, се же и д(ь)нію и нощю сіметъ, и всѣхъ къ ревности под'вижетъ.

**D**esinit: Сіи ти от нась, благочьстивиши царю Іоанне Шиш'мане, любимыи дарь, иже на сіе нась поноудивы слово; се ти многожелателное съкровище. Не бо ложнимъ баснемъ послѣдовавше, сіе съставихомъ слово, но от истинныхъ и неложныхъ свѣдѣтелей [и] нелестна из'брахомъ разоумѣніа, ихже люботроудися обращетъ въ божес'твеныхъ писаніяхъ. Боуди же и тебъ под'ражателю быти благочьстівіишиомъ Константинъ и съ нимъ вѣчныхъ благъ насладитися, ихже боуди всѣмъ <намъ> полуучити благодатию и человѣколюбиемъ Господа нашего Іисоуса Христа, съ ним' же Отцю къпно съ святымъ Дѣхомъ слава и дрѣжава, честь и поклананіе въ неоуставнымъ вѣкы вѣкомъ, аминъ.

Huius Laudationis duas recensiones exstare Kałužniacki docuit<sup>1)</sup>, quarum altera antiquior et plenior est, altera recentior pauloque brevior. Antiquiorem illam quattuor codices — siglis BEFN a Kałužniackio notati — Slavo-Serbice, novem — N<sup>1</sup> R<sup>1</sup> D<sup>2</sup> M<sup>2</sup> O<sup>2</sup> V<sup>2</sup> D<sup>3</sup> [= n. 41] E<sup>3</sup> I<sup>3</sup> — Slavo-Rossice praebent; recentiorem autem duo codices (XZ) — Slavo-Bulgarice.

Ac Slavo-Serbica quidem illa recensio iam bis edita est — primum a viro quodam docto eoque videlicet modestissimo (nam nomen suum subscribere noluit) in „Труды Киевской Духовной Академіи“ a. 1870 vol. IV p. 229—267 ad fidem solius codicis Athoi, monasterii s. Pauli, saec. XVII, quem codicem Kałužniacki E siglo notavit, — deinde anno 1901 ab Aemilio Kałužniacki, l. c. p. 103—146, ad fidem codicis praestantissimi N (monasterii Bulgarici Rylo dicti, n. 61) anno 1479 exarati, reliquorum quoque omnium codicum ratione, ut par est, habita; — at nec Slavo-Rossica illa recensio nec Slavo-Bulgarica adhuc publici factae sunt iuris, nisi quod harum utriusque lectiones potiores, ut modo dixi, a Kałužniackio sunt enotatae.

In hac Laudatione conscribenda Euthymium illa Constantini

1) Werke des Patriarchen von Bulgarien Euthymius (1375—1393). Nach den besten Handschriften herausgegeben von Emil Kałužniacki. Wien 1901, p. LXXXVI s.

Vita Graeca, cuius Slavica exstat interpretatio supra commemorata (n. 44), usum esse iam Andreas Popov perspexit<sup>1)</sup>, — qui praetereat „Еоуєимъ патріарха Терноувськаго повѣсть о обновленіи храма Христы Бога нашого Въскресенія“ in Magno Menologio Macariano, Sept. 13, col. 661—663, editam notavit<sup>2)</sup>), simul docens hanc narrationem, novis dumtaxat prooemio clausulaque instructam, ex illa Laudatione ad verbum esse exscriptam.

## VI.

S. Demetrii metropolitae Rostoviensis Житіє святаго рівноапостольнаго великаго цара Константіна, и сватыя Христолюбивыя матере его Елени<sup>3)</sup>.

*In cipit:* Конста, прозываемый Хлоръ<sup>4)</sup>, царь Римскій, внуkъ прежднаго цара Клаудіа, от дщери того рожденный<sup>5)</sup>, отецъ бѣ великаго Константіна, егоже роди от Елены. Имъ же Конста и иных дѣти от иных жены, именемъ Феодоры, аже бѣ дщерь цара Мазіміана Еркylea: та роди Констъ Константія отца Галліева и Італіанова, Далматія, и Анніала, и дщерь Констанцію, аже бѣ дана за Лікінія, а от Елены единъ токмо Константінь великій рожденъ есть, иже и наслѣдникъ бысть царствія отча.

*Desinit:* Великій же царь Константінъ, по преставленіи сватыя матере своеї Елены, поживъ лѣть мко десѧть и вищше, на брань противъ Персіевъ изыде, и въ нѣкоемъ селѣ Нікомидійстѣмъ впаде въ болѣзнь, и познавъ приближившееся скончаніе, сотвори завѣтъ, раздѣлл царство тремъ сыномъ своимъ, и, недвговавъ тѣломъ, предаде сватую свою душу въ рацѣ небеснаго Цара Христы Бога, и принесенъ бысть въ Константіополь и славнѣ погребенъ въ храмѣ святыхъ апостоль. Скончася въ тридесѧть второе лѣто царствованія своеї, всѣхъ же лѣть от рожденія имъ шестьдесѧть и пять. Нынѣ же безконечною живеть жизнью въ вѣчномъ царствіи Христа Бога

1) А. Поповъ, Обзоръ хронографовъ русской редакціи, выпускъ II, Москва 1869, р. 29 с.

2) Ibid. p. 30.

3) In editionis margine haec adnotata sunt: от Евсевія, Нікіфора и иных разделенныхъ Историографовъ кратцѣ.

4) In editionis, qua utor (v. infra, p. 55 adn. 1), contextu Флоръ legitur, sed in margine adnotatum est: зелёный.

5) рожденная ed.

нашего, емъже со Отцемъ и святымъ Духомъ честь и слава во вѣки вѣковъ, аминь.

Haec Vita in Menologii Demetriani<sup>1)</sup> tomo III, qui primum Kioviae anno 1700 ineunte prodiit, una cum aliorum sanctorum, quorum memoria mensibus Martio, Aprili, Maio celebratur, Vitis edita est. Quam in Syllogen nostram recipere haud ab re fore censeo, nec solum ut Sylloge hoc insigni s. Demetrii opere adornetur, verum etiam ut singularum huius partium fontes diligenter notentur.

## VII.

‘Υπόμνημα εἰς τὸν ἐν ἀγίοις καὶ μέγαν Κωνσταντῖνον τὸν βασιλέα, — ex amplissimo illo sive Alexandri sive Chrysae (Chrysippi?) monachi sermone de s. Cruce<sup>2)</sup>, paucis mutatis, exscriptum<sup>3)</sup>; — cf. supra n. 16.

Incipit: Κατ’ ἑκεῖνον τὸν καιρὸν Διοκλητιανὸς καὶ Μαξιμιανὸς εἷκοσι καὶ ἐν ἔτος τῆς βασιλείας ηρατήσαντες, ἐπὶ τούτων δὲ βαρύτατος καὶ μακρότατος τῶν χριστιανῶν γέγονε διωγμός, ἐν φῶ ἀναρίθμητοι καὶ Θεῷ μόνῳ ἐγνωσμέναι μυριάδες ἐμαρτύρησαν.

Desinit: καὶ ταῦτα μὲν δὲ ἐπίσκοπος· ἐκ δὲ ταύτης παραδοξοποίας πολλὰ χιλιάδες προσετέθησαν τῷ λόγῳ τῆς πίστεως. δοξάσωμεν οὖν καὶ ἡμεῖς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἄγιον Πνεῦμα, τῇ ἀγίᾳ καὶ δόμονσιῷ καὶ προσκυνητῇ Τριάδι, νῦν τε καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰώνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Hoc excerptum, iam dudum quidem a Gretsero editum<sup>4)</sup>, — nec, ut hoc quoque obiter moneam, cum eiusdem illius de s. Cruce sermonis amplissimi epitome<sup>5)</sup> confundendum, — in Sylloge nostra

1) „Κινάγη ψάχνει στάχη μαδανάδεστη μῆτη.“ — Huius Menologii, quod quattuor tomis constat, utor editione Mosquensis anni 1764. Novissimam vero eius editionem, quae anno 1897 prodiit (cf. Архиепископъ Сергий, Полный Мъсяцесловъ Востока, т. I, изд. 2, Владимиръ 1901, — р. XVI), ne vidi quidem.

2) Migne, P. G., LXXXVII, (pars III), 4016—4076.

3) Cf. Ibid., 4049 A — 4069 D.

4) Iacobus Gretseri Opera omnia, II (Ratisbonae 1734), 17—28; cf. BHG p. 53, 6 (n. 367).

5) Huius editionem Gretserianam (cf. BHG. p. 59, 3 n. 411) repetiit Migne, l. c., 4077—4088, ubi col. 4077 A: ‘Ο δὲ Μέγας Κωνσταντῖνος . . . πᾶσαν τὴν φροντίδα εἰς τὰ θεῖα μετήνεγκεν. Ἀνοικοδομῶν τὰς ἐκκλησίας, ἐπ[ε]ι λιποτίμως πλουτῶν [ἢ ν] ἐκ τοῦ δημοσίου λόγου, κτλ., — ipsius sermonis col. 4057 C atque excerpto supra laudato conlatis, μετήνεγκεν. ἀνοικοδομῶν scribendum. καὶ pro illo ἐπ[ε]ι reponendum, denique illud ἦν (om. exc., αὐτὰς sermo) delendum esse, occasione oblata, adnoto.

ad codicis Patmii (n. 16) fidem recensere placet, ut et ipsum emendatius prodeat, et Alexandri (sive Chrysae) monachi fontes atque aliorum auctorum loci similes, ut par est, notentur, quae frustra apud illum editorem quaesieris.

### VII a.

Eusebii Caesariensis notissimum illud opus *Εἰς τὸν βίον τοῦ μακαρίου Κωνσταντίνου βασιλέως* inscriptum utrum in Syllogen recipiam an potius peculiari libro edendum sit, nunc quidem pro certo dicere nondum possum.

Quod vero ad eiusdem (*λόγον*) *Εἰς Κωνσταντίνον τὸν βασιλέα τριακονταεπηρικὸν* attinet, istam orationem nec in Sylloge nec separatim recensere mihi in animo esse praemoneo.

### § 2.

In altera autem Sylloges nostrae parte haec inerunt:

### VIII.

**Vita A:** *Βίος καὶ πολιτεία τοῦ μεγάλου καὶ ἀδιδίμου βασιλέως Κωνσταντίνου, τοῦ πρώτου ἐν χριστιανοῖς βασιλεύσαντος*, — ad fidem trium codicum Athorum (nn. 1. 5. 6), — quibus accedit quartus Athous, quo editio princeps infra laudanda nititur, — et unius Monacensis (n. 32) edenda<sup>1)</sup>.

**I**n cipit: *Τὰ κάλλιστα τῶν διηγημάτων οὐ μόνον ἡδονὴν ἐνίησι τοῖς ἀκούοντοιν, ἀλλὰ καὶ πρὸς μίμησιν διεγείρει τοὺς ἐντυγχάνοντας· φιλεῖ γάρ πως ἡ ἀκοή τούτοις ἐπεντρυφᾶν, ὥσπερ ἢδρα καὶ ὀφθαλμὸς τοῖς λαμπροῖς σώμασι, καὶ οὐχ ἀπλῶς ἀκοή καὶ ὀφθαλμὸς, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ διάνοια, δι' ἣς καὶ ἀνθρωποι εἶναι τε καὶ παλεοῦνται πιστευόμεθα.*

**D**e sinit: *ἀξιῶ δὲ τοὺς ἐντευξομένους τῷδε τῷ πονήματι καὶ τινα ὠφέλειαν καρπωσαμένους εὑχεσθαι ὑπέρ τε τοῦ φιλοπονήσαντος καὶ φιλοτεχνήσαντος, ὑπέρ τε τοῦ συναρμένου τῶν πόνων τῷ πατρὶ τοῦ συντάγματος, διτὶ τῆς τῶν ἄλλων ὠφέλειας ἐφρόντισαν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦν τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, φῶ πρέπει τιμὴ καὶ προσκύνησις εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.*

1) Praeter ipsos codices, ad quorum fidem singulae Vitae edenda sunt, me aliis quoque subsidiis criticis, quaecumque mihi praesto sunt eruntve, ut par est, ubique usurum esse per se intellegitur (cf. quae infra de Vita E edenda ex. gr. praemonui, — p. 62).

Hanc Vitam primus Manuel I. Gedeon in ephemeride neograeca Constantinopolitana, quae Ἐκκλησιαστικὴ Ἀλήθεια inscribitur, anno 1900 edidit<sup>1)</sup>), non tamen integrum, sed lacuna satis magna laborantem propter unius folii iacturam in codice Athoo 3092 Lambr. (monasterii Κοντλονμουνσιον, 23), membraneo, saec. XI, quem solum editor clarissimus adhibuit<sup>2)</sup>.

## IX.

Vita B, — ad fidem codicum Hierosolymitani (n. 8, B) et Romani Angelici (n. 17) edenda.

Haec Vita initio quidem mutila est, sic incipiens: *Κωνσταντῖνον παροξυνθέντα ἀνιᾶσθαι, πτλ.* (cf. p. 5, B), — dubitari tamen vix posse puto, quin ea, quae desunt, Vitarum E Cope supplenda sint, ac ita quidem, ut *titulus* ferme talis (Vita C duce) praemittatur *Bίος τῶν ἀγίων καὶ ἐνδόξων μεγάλων βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης*, — contextus autem initium (*Τὸν τοῦ μακαριωτάτου — ἔνενδονον μένων ἀνδρῶν*) ex Vita E suppleatur, per paucis tantum immutatis, veluti *Κώνσταντιος* nomine, quo Vita E cum suis adseclis posterisque patrem Constantini Magni constanter nuncupat, in *Κωνσταντίον* (quam formam genuinam et Vita C, et ipsius B contextus recte praebent), ut par est, correcto.

Desinit: εἰς τοῦτο γὰρ καὶ ὁ μακάριος Κωνσταντῖνος φυοδόμησεν ἐκείνην τὴν ἐκκλησίαν, εἰς τὸ ἀποτίθεσθαι ἐκεῖσε τοὺς βασιλεῖς καὶ ἰερεῖς, ὅπως μὴ ἐσονται μακρὰν τῶν ἀποστολικῶν λειψάνων. ἐγένετο δὲ ἡ ἡμέρα τῆς ποιήσεως αὐτοῦ τῇ εἰκάδι πρώτῃ τοῦ Μαΐου μηνὸς, τῇ πρὸ δεκαπάτῃ καλανδῶν Ἰουνίου, ἐν ὑπατείᾳ Φιλικανοῦ καὶ Τατιανοῦ, βασιλεύοντος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰώνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Haud paucos huius Vitae locos ad fidem codicis Romani Angelici (n. 17) primum Pius Franchi de' Cavalieri anno 1897 in egregia commentatione sua supra laudata (p. 1 adn. 1), deinde anno 1913 Iosephus Bidez in editione Philostorgiana publici

1) Ἐκκλ. Ἀλήθεια, XX, p. 253 s. 262 s. 279 s. 303 s.; cf. BHG. p. 53, 2 (n. 363).

— Illa ephemeride rarissima ut ipse uti possem, Athanasii Papadopuli-Keramei viri clarissimi comitate factum esse grato animo commemoro.

2) Hic est codex membraneus, brevissime in Lambri Catalogo (vol. I p. 276 col. 1) descriptus. Saeculo XI eum exaratum esse Lambros l. c. ait, ad saec. XII Gedeon l. c. p. 252 referendum esse putat.

iuris fecerunt, quorum quidem neuter eandem Vitam etiam in codicis Hierosolymitani Sabaitici 366 parte antiquiore (n. 8, **B**) delitescere noverat<sup>1)</sup>. Ad eiusdem codicis Romani fidem A. Debeuckelaere, Bidezii discipulus, hanc Vitam editurus erat<sup>2)</sup>, sed, quantum scio, haec editio nondum prodiit. — Cf. BHG. p. 53,4 (n. 365).

## X.

*Vita C:* Βίος ἐν συντόμῳ τῶν ἀγίων καὶ ἐνδόξων μεγάλων βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης<sup>3)</sup> — ad fidem codicum Oxoniensis (n. 35) et Parisini (n. 37) edenda.

*Incipit:* Διοκλητιανὸς, ἀνελὼν Καρῆνον τὸν νιὸν Κάρου καὶ ἀντ' αὐτοῦ βασιλεύσας ἐν τῇ μεγάλῃ Ῥώμῃ, προσλαμβάνεται καὶ Μαξιμιανὸν τὸν Ἐρκούλιον. οὗτοι δὲ οἱ δύο βασιλεῖς προβάλλονται καίσαρας δύο — Κωνστάντιον τὸν τριβοῦνον, τὸν καὶ πατέρα ὑπάρχοντα τοῦ ἀγίου καὶ μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ Μαξιμιανὸν ἄλλον, τὸν καὶ Γαλλέριον ἐπονομαζόμενον.

*Desinit:* Θεὸς δὲ, ὁ μεγάλα ποιήσας θαυμάσια, ὁ δοξάσας τοὺς δούλους σου Κωνσταντίνον καὶ Ἐλένην διὰ τὴν αὐτῶν ἀρετὴν καὶ τὴν εἰς σὲ εἰλικρωῆ αὐτῶν πίστιν, ἀξιωσον καὶ τοὺς μετ' ἐκείνους κατὰ διαδοχὴν μέχρι τῆς συντελείας τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς βασιλεύσοντας τὴν αὐτῶν πίστιν καὶ ἀρετὴν ζηλῶσαι, ἵνα καὶ ὁ λαός σου, ἐν τῇ αὐτῶν γαλήνῃ, ἐν εὐφροσύνῃ καὶ πάσῃ χαρᾷ διάγων, σοὶ τῷ πάντων Δεσπότῃ δόξαν, ὅμον καὶ εὐχαριστίαν ἀναπέμπῃ, ἀμα τῷ Πατρὶ σὸν τῷ ἀγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Haec Vita C — adhuc omnino inedita — brevis est Vitae **C\*** epitome, cuius Vitae (**C\***) ea tantummodo pars aetatem tulit, quam Vitae **B** auctor exscripserat.

## XI.

*Vita D,* — cuius tres habemus recensiones earumque duae quidem integrae (**D<sub>1</sub>D<sub>2</sub>**) ad nostram aetatem pervenerunt, tertiae vero (**D<sub>3</sub>**) solum initium superest. Ac integrarum quidem recensionum prior eaque longe melior —

**D<sub>1</sub>** — quam codex Monacensis 366 (n. 33) praebet sic inscriptam :

1) Cf. P. Franchi de' Cavalieri, l. c. p. 90 adn. 1, atque Bidez, l. c. praeferat. p. LXXXIX.

2) Bidez, l. c. p. LXXXVIII.

3) Ἐλένης cod. Parisinus : ἐλένης Oxoniensis, qui Parisino deterior est.

Διήγησις σύντομος τῶν ἐν εὐσεβεῖ τῇ μημηγ γενομένων ἡμῶν βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης<sup>1)</sup>,

incipit: ‘Ο ἄγιος Κωνσταντῖνος, ὁ νιὸς Κωνσταντίνου τοῦ ἐπιλεγομένου Πάüπερ, τοῦ καὶ Χλωροῦ<sup>2)</sup>, καὶ Ἐλένης τῆς ἀγίας, ἐβασίλευσεν ἐν τῇ πρεσβυτέρᾳ ‘Ρώμῃ κατὰ τῷ<sup>3)</sup> εωιη’ ἔτει<sup>4)</sup> ἀπὸ κτίσεως [τοῦ]<sup>5)</sup> κόσμου, ἀπὸ δὲ τῆς ἐνσάρκου<sup>6)</sup> ἐπιδημίας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ ἔτους τιη’, τριακοστὸς<sup>7)</sup> δεύτερος ἐν βασιλεῦσιν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς Αὐγούστου τῆς Ῥωμαίων βασιλείας βασιλεύσας.

Desinit, ut Vita C, nisi quod ἀλλ’ ὁ Θεὸς pro illis Θεὸς δὲ (C) praebet, tum Ἐλένην pro Ἐλένην, βασιλεύοντας pro βασιλεύσοντας, ἀναπέμπη reponit, o m i t t e n s illa ὁ μεγάλα — θαυμάσια in initio atque ὅμιλον καὶ εὐχαριστίαν et ἄμα τῷ Πατρὶ — Πνεύματι sub finem.

Altera autem recensio (D<sub>2</sub>) eaque deterior, — quam codex Petropolitanus 94 (n. 35) suppeditat, — titulo Διήγησις τῶν ἀγίων καὶ δικαίων μεγάλων βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης praemisso, sic

incipit: ‘Ο ἀγιώτατος<sup>8)</sup> καὶ εὐσεβὴς καὶ μέγας<sup>9)</sup> βασιλεὺς Κωνσταντῖνος γέγονεν<sup>10)</sup> νιὸς Κωνσταντίνου (sic) τοῦ ἐπιλεγομένου Πατέρος (sic), τοῦ καὶ Χλοεροῦ, καὶ Ἐλένης τῆς μακαρίας<sup>11)</sup> ἐβασίλευσεν δὲ<sup>12)</sup> ἐν τῇ πρεσβυτέρᾳ ‘Ρώμῃ κατὰ τῷ<sup>13)</sup> πεν-

1) Cf. D<sub>3</sub>, de qua recensione infra uberior agitur. — Codex Hierosolymitanus Patriarch. 6, membraneus, saec. IX—X, qui et ipse D<sub>1</sub> recensionem praebere mihi videtur (fol. 304 v. — 305 v.), huic Vitae sic incipienti: ‘Ο ἄγιος Κωνσταντῖνος, ὁ νιὸς Κωνσταντίου (haec enim sola inde Papa dopoulos-Kerameus protulit, ‘Ιεροσολ. Βιβλιοθ., I p. 27), talem titulum praemittit: Περὶ τοῦ ἀγίου Κωνσταντίου τοῦ βασιλέως, — quem pro genuino neutiquam esse habendum reor.

2) χλωροῦ D<sub>3</sub>C: χλοεροῦ M (= cod. Monacensis 366), χλοεροῦ D<sub>2</sub>.

3) τῷ MD<sub>2</sub> (τῷ cod. C): τῷ D<sub>3</sub>.

4) ἔτει M corr. C: ἔτος M pr. D<sub>3</sub>, χρόνῳ D<sub>2</sub>.

5) τοῦ M: om. D<sub>2</sub>D<sub>3</sub>C.

6) ἐνσάρκων M corr. D<sub>2</sub>: ἐν σαρκὶ M pr. D<sub>3</sub>C.

7) Immo τεσσαράκοστος τὸς requiri patet certumque est archetypi (C\*) lectionem genuinam MB in AB corruptam esse; cave tamen istum errorem in Vitarum CDE(F)G contextu corrigas, — quo de uberiori alibi agam.

8) Diductis litteris eas lectiones significo, quibus D<sub>2</sub> a D<sub>1</sub> differt. Praeterea haud ab re notare duco h. l. ἄγιος (ut D<sub>1</sub>) etiam C praebere (§ 13).

9) Haec verba καὶ εὐσεβὴς καὶ μέγας (in D<sub>1</sub> omissa) C quoque praebet, τῷ δύντι addens.

10) γέγονεν D<sub>2</sub>C: ὁ D<sub>1</sub>, ἦν D<sub>3</sub>.

11) μακαρίας καὶ ἀγίας C, ἀγίας D<sub>1</sub>.

12) δὲ D<sub>2</sub>C (§ 14): om. D<sub>1</sub>D<sub>3</sub>.

13) τῷ codex; cf. supra adn. 3.

τακισχιλιοστῷ < ὀκτακοσιοστῷ ὀκτω > καιδεκάτῳ<sup>1)</sup> χρόνῳ ἀπὸ κτίσεως κόσμου, ἀπὸ δὲ τῆς<sup>2)</sup> ἐνσάρκου παρονσίας<sup>3)</sup> τοῦ Κυριού<sup>4)</sup> ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ<sup>5)</sup> Θεοῦ ἔτοντος τριακοσιοστοῦ \*\*\* δευτέρῳ οὐ· ἐβασιλευσεν δὲ<sup>6)</sup> ἀπὸ τῆς ἀρχῆς Αὐγούστου τῆς Ρωμαίων βασιλείας<sup>7)</sup>.

Desinit: δὲ Θεὸς, δοξάσας τὸν δοῦλόν σου Κωνσταντίνον καὶ Ἐλένην διὰ τὴν αὐτῶν ἀρετὴν καὶ τῆς εἰς σὲ εἰλικρινοῦς<sup>8)</sup> πίστεως, ἀξιώσαν καὶ τὸν μετ' ἐκεῖνον κατὰ διαδοχὴν μέχρι τῆς συντελείας τοὺς (sic) τῆς<sup>9)</sup> Ρωμαίων ἀρχῆς<sup>10)</sup> βασιλεύοντας<sup>11)</sup> τὴν τούτων γνῶσιν καὶ ἀρετὴν ξηλῶσαι, < ἵνα > καὶ διλός σου ἐν τῇ αὐτῶν γαλήνῃ, ἐν εὐφροσύνῃ καὶ πάσῃ<sup>12)</sup> χαρᾷ διὰ λόγων σὸν τῷ Δεσπότῃ τῆς δόξης<sup>13)</sup> ὅμονον εὐχαριστήριον<sup>14)</sup> ἀναπέμψατ<sup>15)</sup> τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ < καὶ > τῷ ἀγίῳ Πνεύματι<sup>16)</sup> νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τὸν αἰώνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Tertiae recensionis (**D<sub>3</sub>**), — quae ex **D<sub>1</sub>** fluxisse videtur, — hoc tantummodo initium mihi notum est, in codice Patmio 266, membraneo, saec. fere X, servatum<sup>17)</sup>: (*Μνήμη*) τῶν ἀγίων καὶ < ἐν > εὐσεβεῖ τῇ μνήμῃ γενομένων βασιλέων ἡμῶν Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης. Οὗτος νίδιος ἦν Κωνσταντίου ἐπι-

1) πεντακισχιλιοστῷ (sic) καὶ δεκάτῳ cod.; — πεντακισχιλιοστῷ ἐπτακοσιοστῷ δικαιοστῷ.

2) τῆσδε pro τῆς minus recte praebet codex.

3) ἐπιδημας **D<sub>1</sub>D<sub>3</sub>C**.

4) σωτῆρος **D<sub>1</sub>D<sub>3</sub>C**.

5) Haec tria verba, in **D<sub>1</sub>D<sub>3</sub>** omissa, etiam C praebet, Υἱοῦ τοῦ addens.

6) ἔτοντος διακοσιοστοῦ μη', τριακοστὸς δεύτερος ἐν βασιλεῖσσιν C, cum **D<sub>1</sub>** faciens, illo scilicet διακοσιοστὸν excepto. Cf. **D<sub>3</sub>** atque infra p. 61 adn. 1.

7) βασιλεύσας addunt **CD<sub>1</sub>D<sub>3</sub>**.

8) αὐτῶν, quod h. l. addunt **CD<sub>1</sub>**, omittit **D<sub>2</sub>** (*εἰλικρινοὺς* | πίστεως cod.).

9) τὸν τῆς **D<sub>2</sub>**: τῆς τῶν **CD<sub>1</sub>**. Illud τὸν utrum pro mera praecedentis ditto graphia habendum an ex τῶν (per compendium scripto) supra versum addito sit ortum, incertum est.

10) φωμέων (*ενρωμέοις* pr.) | ἀρχῆν (sic) codex.

11) βασιλεύοντας **D<sub>2</sub>D<sub>1</sub>**: βασιλεύοντας C.

12) πάσι cod.; idem paulo supra γαληνη, — qualia librariorum menda fere non enoto.

13) διαλόγων — δόξης **D<sub>2</sub>**: διάγων σοὶ τῷ πάντων Δεσπότῃ δόξαν **D<sub>1</sub>C**.

14) ὅμονον καὶ εὐχαριστίαν C, om. **D<sub>1</sub>**.

15) ἀναπέμψῃ **D<sub>1</sub>**, ἀναπέμπῃ C.

16) ἄμα τῷ Πατρὶ σὺν τῷ ἀγίῳ Πνεύματι C, om. **D<sub>1</sub>**.

17) De hoc codice cf. D e l e h a y e Synaxarium Ecclesiae Constantinopolitanae, prolegg. col. X s., atque Ioannis Hagiolitae de passione s. Basilii presbyteri An-cyrani narrationis a me editae (Iurievi Livon. 1907) praefat. p. XV adn. 53.

λεγομένου τοῦ Χλωροῦ καὶ Ἐλένης τῆς ἀγίας· ἐβασίλευσεν ἐν τῇ πρεσβυτέρᾳ Ρώμῃ κατὰ τὸ ἔωιη' ἔτος ἀπὸ κτίσεως κόσμου, ἀπὸ δὲ τῆς ἐν σαρκὶ ἐπιδημίας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἔτος<sup>1)</sup> τι', λβ' ἔτη ἐβασίλευσεν, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς Αὐγούστου τῆς Ῥωμαίων βασιλείας βασιλεύσας<sup>2)</sup>, — quae protulisse satis habeo, alibi de hac recensione uberius ac turus.

Recensionem **D**<sub>1</sub> primus Iacobus Gretser anno 1600 publici juris fecit<sup>3)</sup>, quae tamen editio haud paucis erroribus gravissimis inquinata est, propterea videlicet ortis, quod codicis Monacensis 366 (n. 33) apographo quodam neglegentissime facto usus est editor clarissimus: veluti ἐκεῖ κτίσασα male dedit pro ἐκζητήσασα (§ 5), ἀποκατέθηκεν pro ἀπεκατέστησεν (ibid.), κλιματικῷ pro εἰληματικῷ (§ 6), codice quidem ηλιματικῷ praebente, — ἐποιησεν pro πεποίηκεν (§ 7), καὶ τελεῖ περὶ (sic) pro κατέλιπε (§ 9), codice κατέλειπε praebente, — μετέβη pro μετέστη (§ 10), ἐτυχεν pro τετύχηκεν (§ 12), etc.

Vtriusque recensionis integrae (**D**<sub>1</sub> **D**<sub>2</sub>) contextu adlato, ipsius quoque **D** contextum restituam, quod quidem illarum **D**<sub>1</sub> **D**<sub>2</sub> **D**<sub>3</sub> ope, — Vita **C**, ut par est, accedente<sup>4)</sup>, — sat commode satisque certo fieri posse opinor.

## XII.

Vita **E**: *Bίος καὶ πολιτεία τῶν ἀγίων καὶ ἐνδόξων καὶ φιλενσεβῶν μεγάλων βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης, καὶ φανέρωσις τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ ἀγίου σταυροῦ τοῦ Κνούτου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ*, — ad fidem codicum A (Monacensis, olim Augustani, — n. 34), a (Ambrosiani — n. 30), F (Florentini Laurentiani — n. 7), G (Genuensis — n. 28), h (Hierosolymitani — n. 8, A), K (Constantinopolitanus 48 — n. 24), k (Constantinopolitanus 204 — n. 25), M (Messianensis — n. 31), P (Parisini Gr. 1608 — n. 15), T (Taurinensis —

1) Propter hanc lectionem conferri potest Vitae C codex Oxoniensis (n. 35) h. l. ἔτος διαχοριστὸν διτρικαιόκατον praebens (cf. supra p. 60 adn. 6).

2) А. Димитревский, Описание литургическихъ рукописей, хранящихся въ библиотекахъ православнаго Востока. Томъ I. *Τυπικά*. Часть I. Памятники патріаршихъ уставовъ и ктиторскіе монастырскіе Типиконы. Киевъ 1895, р. 74, κα'.

3) Gretser, De Cruce Christi, II (Ingolstadii 1600), p. 547 s.; quae editio repetita est in eiusdem Operum omnium vol. II (Ratisbonae 1734), p. 436 s. — Cf. BHG. p. 53, 5 (n. 366).

4) Nam Vita **D** quin nihil aliud sit nisi illius **C** epitome, dubitari nequit.

n. 46), V (Vaticani 974 — n. 19), w (Vaticani 975 — n. 20) edenda, quorum omnium praestantissimi sunt PG<sup>1</sup>). — Praeter hos 12 codices me alia quoque haud pauca subsidia, quaecumque mihi praesto sunt, ad Vitae E contextum genuinum constituendum, ut par est, adhibitum esse vix est quod moneam, velut interpretationem Slavicam (n. 44), Vitas F G C D B P A O, s. Eusignii Acta Graeca apocrypha (n. 68), Vitam ss. Metrophanis et Alexandri (nn. 2. 53—56), Pantoleonis diaconi de Michaelis archangeli miraculis narrationem (n. 75), Gregorii Caesariensis Laudationem ss. patrum Nicaenorum et s. Constantini Magni (nn. 69—72), Excerpta Barocciana quae dicuntur (n. 86) nec non Parisina a Cramero edita, Alexandri sive Chrysae monachi sermonem de s. Cruce (n. 16), Gelasii Cyziceni Historiam concilii Nicaeni (n. 79), Vitam s. Silvestri (cf. nn. 80—83), Ioannis Rhodii monachi de s. Artemii passione narrationem (nn. 77 et 78), Nicephori Callisti Historiae Ecclesiasticae libros VII et VIII, Theophanem, Pseudo-Pollucem, Malelam, Eusebium, Theodoretum aliosque scriptores, qui suis locis notabuntur.

**I**n c i p i t : Τὸν τοῦ μακαριωτάτου καὶ ἀγιωτάτου καὶ πρώτου τῆς τῶν χριστιανῶν εὐσεβείας Θεοῦ χάριτι πιστοῦ καὶ φιλοχρίστον μεγάλον βασιλέως Κωνσταντίνου βίον καὶ τὴν ὑψηλὴν καὶ ἐνάρετον τῶν γονέων αὐτοῦ, τοῦ τε πατρὸς Κώνσταντινοῦ καὶ τῆς φιλοθέου καὶ ἀγίας μητρὸς αὐτοῦ Ἐλένης, πολυτείαν, ὡς τῶν πολλῶν ἀληθῶν ὑπεραναβεβηκυῖαν καὶ σχεδὸν τῆς τῶν ἀγίων ἀγγέλων πρᾶξεως δι' ἀγαθοεργίας καὶ καθαρωτάτης διαγωγῆς πλησιάσασαν, βούλομαι σαφῶς καὶ ἀνὰ μέρος διηγήσασθαι τῇ ὁμετέρᾳ σεμνοπρεπείᾳ, ὡς εὐήρουν καὶ φιλομαθὲς ἄθροισμα καὶ τῆς χριστεπωνύμου κλήσεως εὐπειθὲς ἀκροατήριον.

D e s i n i t : Θεός δὲ, ὁ μεγάλα ποιήσας<sup>2</sup>) ψαυμάσια, ὁ δοξάσας τοὺς ἀγιοὺς<sup>3</sup>) δούλους σου Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένην διὰ τὴν τιμιανήν καὶ μεγιστηνήν αὐτῶν ἀρετὴν καὶ τὴν εἰς σὲ εἰλικρινή<sup>4</sup>) πίστιν, ἀξιωσον καὶ τοὺς μετ' ἐκείνους κατὰ διαδοχὴν μέχρι τῆς συντελείας τῆς τῶν Πρωματών ἀρχῆς βασιλεύοντας [ut D] τὴν αὐτῶν πίστιν καὶ ἀρετὴν

1) Atho o quoque codice Vatopedino (n. 3) Vitam E, non G, contineri inde intellegitur, quod verba καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος post illud Κνεῖον in Vitae G titulo addita hic liber non agnoscit. — Athous vero codex Dionysianus (n. 4) utram Vitam praebeat, incertum est.

2) ποιω[ν] in fine versus solus P praebet, ceteris quidem omnibus ac Vitis CFG invitisi.

3) D i d u c t i s litteris ea notantur, quibus haec Vitae E clausula a C differt.

4) αὐτῶν, quod h. l. addunt CD<sub>1</sub>G, omittit E (item F), ut D<sub>2</sub>.

ξηλῶσαι, ἵνα καὶ ὁ λαός σου, ἐν τῇ αὐτῶν<sup>1)</sup> γαλήνῃ, ἐν εὐφροσύνῃ καὶ πάσῃ χαρᾷ διάγων, σοὶ τῷ<sup>2)</sup> Δεσπότῃ τὴν δόξην<sup>3)</sup> ὅμνον εὐχαριστήριον<sup>4)</sup> ἀναπέμπῃ<sup>5)</sup> τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἄγιῳ Πνεύματι, νῦν καὶ δεῖ καὶ εἰς τὸν αἰώνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Haec Vita E illius Vitae C\* supra laudatae recensio est quae-dam deterior, in qua, — ut hoc tantummodo nunc quidem commemorem, — genuinum illud patris Constantini nomen (*Κωνστάντιος*) in *Kόνστας* male corruptum deprehendimus.

Ipsius quidem Vitae E contextus nondum est editus, uti debuit, lectiones tamen eius ad fidem codicum MV in sua Vitae G editione Michelangelus Guidi enotavit<sup>6)</sup>. Qui vir doctissimus eo nomine praeter alia sese egregie fefellit, quod Vitam antiquiorem (E, illi B) pro recentiore, recentiorem autem (G, illi A) pro antiquiore habuit<sup>7)</sup>, ac toto, ut aiunt, coelo erravit, optimum Vitae E codicem Parisinum 1608 (n. 15), — quo quidem duce hanc Vitam edendam esse mox alibi demonstrabo, — ex Vitae G codice Parisino 1458 (n. 14) transscriptum esse adfirmans eumque ita ad Vitam G referens<sup>8)</sup>.

Praeterea commemorandum est ab ipso Victore Jernstedt — non a Basilio Vasiljevski, ut vulgo quidem creditur<sup>9)</sup>, — eam Vitae E partem, qua de aedibus sacrī a s. Helena in Palaestina constructis agitur (= Vitae E §§ 224—251, cf. p. 643,24—648,16 ed. Guidiana), in Epiphaniī editione Vasiljevskiana supra laudata (p. 2) ad fidem codicis Vaticani 974 (n. 19) anno 1886 publici juris esse factam.

1) ἑαντῶν solus P.

2) πάντων addunt CD<sub>1</sub>, invitatis ED<sub>2</sub>.

3) τῆς δόξης ED<sub>2</sub>F: τῆς κτίσεως recensionis E codices FMVΣ atque recensio G. — Hic adnotare haud ab re duco Σ siglo eum significo codicem Graecum (videlicet iam perditum), ad cuius fidem illa interpretatio Slavica (n. 44) facta est.

4) Post haec verba (ED<sub>2</sub>F) illi codices FMVΣ ἐν τῇ σῇ δόξῃ addunt, quae et ipsa in G recensione redeunt.

5) ἀμα addit C, mox infra illa καὶ τῷ Υἱῷ, ut par est, omittens.

6) Cf. supra p. 1 adn. 1.

7) Rendiconti, p. 304; — quem errorem iam alibi obiter notavi, cf. S. Abramii archiepiscopi Ephesii sermones duo, a me Iurievi Livonorum a. 1911 editi, p. XXIX adn. 109.

8) Rendiconti, p. 304.

9) Cf. Guidi, l. c. p. 305 atque BHG. p. 53, 3 (n. 364).

## XIII.

Vitae E contextui Graeco interpretationem Slavicam adhuc ineditam adiungam<sup>1)</sup>, quae Житіе святаго Константина и матері его Елены inscripta

sic incipit: Прѣблаженаго и прѣсвятаго и первого кр(е)стъѧнскаго житія благодатию Божиєю и христолюбиваго великаго цара Константина житіе и высокою и добродѣтелью родителю его, отца же Константина и боголюбивыи и святыи матері его Елены, жизнь, тако многих во истину превышеши и просто святыхъ агель дѣянія благодѣтельства ради и чистаго пребыванія приближ'шася, хочю авъ и по части повѣдати вашему честному лѣплю, о благопослоушливыи и оученію любивыи соборе и христоименитаго званія благопокоривое послоушаніе.

Desinit: Богъ же, <иже><sup>2)</sup> великамъ сотворить<sup>3)</sup> чудеса, прославивъ святамъ раба свою Константина и Елену<sup>4)</sup> ч(е)стныи ради и великии ею<sup>5)</sup> добродѣтели и<sup>6)</sup> иже в та истин'ныи вѣры<sup>7)</sup>, сподоби <и и>же<sup>8)</sup> по томъ и по тою<sup>9)</sup> по приятию до скончанія Грѣч'скаго<sup>10)</sup> обладанія царствоующим<sup>11)</sup> тою вѣры и добродѣтели поревновати, да и людіе твое в тѣхъ тишинѣ, въ веселии<sup>12)</sup> и<sup>13)</sup> во всякои радости прѣбывающе<sup>14)</sup> тебѣ Владыцѣ твари пѣсни

1) Edenda est haec interpretatio ad fidem codicis Petropolitani (n. 44), hic illic adhibito etiam libro n. 89; cf. praeterea nn. 90 et 91.

2) иже supplevi: omittunt M (n. 44) et T (n. 89).

3) тѣборѣ Т.

4) прослави сѣыѣ скоя рѣбы константина цѣла. и мѣрь єго Елену Т.

5) великии M<sup>1</sup> pr., великии | єа (€ю M<sup>2</sup>) M<sup>1</sup> corr., великии (ом. єю) Т.

6) и ом. Т.

7) истин'ныи (etiam fere истиной possis) вѣры scripsi (ειλιχριη πιστιν Gr.): истиною вѣрють M, истиин'ною | вѣрють T, quae librariis Slavicis dereri manifestum est.

8) и иже scripsi (καὶ τοὺς Gr.): же M, ом. Т.

9) по томъ и по тою ом. Т.

10) грекескїи Т.

11) цѣрствующи Т.

12) порѣч'ювати. да любѣ въ | тишинѣ . и в' кессли пожикуть T, omittens illa и et твое et тѣхъ.

13) Нос и ex T supplevi: ом. M.

14) к радости прѣбывающъ T, et всякои, et illa тебѣ — аминь omittens.

благодарною всылаемъ въ твои славѣ, Госпоуди и Сыну и святымъ Дѹху, нынѣ и присно <и> въ вѣкы вѣкомъ, аминь.

Hic adnotare haud alienum esse mihi videtur, Σ codicem Graecum deperditum, ad cuius fidem haec interpretatio Slavica facta est, una cum FMV codicibus a primaria genuinaque Vitae E forma saepius recedere, ut fere aliam huius contextus recensionem hi quattuor libri contineant, quae medium quendam inter E et G locum obtinere censenda est<sup>1)</sup>.

#### XIV.

Vita F: Ὑπόμνημα εἰς τὸν πανένδοξον καὶ ἀγιον βασιλέα Κωνσταντῖνον, — ad fidem codicis Vaticani (n. 48) edenda.

Incipit: Ἀρτι τότε Διοκλητιανὸς ἀνελὼν Καρῆνον τὸν νίὸν Κάρον καὶ ἀντ' αὐτοῦ βασιλεύσας ἐν τῇ πρεσβιτέρᾳ<sup>2)</sup> Ῥώμῃ, προσλαμβάνεται καὶ Μαξιμιανὸν τὸν Ἐρκούλιον. ἐπεὶ δὲ οὗτοι οἱ βασιλεῖς πόλεμον ἀσπονδον κατὰ χριστιανῶν ἀνερρίπτουσιν, εὐθὺς παντοδαπαὶ<sup>3)</sup> θεήλατοι δργαὶ τὴν Ῥωμαίων γῆν δι' αὐτοὺς κατειλήφασι.

Desinit, ut Vita E, nisi quod illa τιμίαν καὶ μεγίστην αὐτῶν ἀρετὴν καὶ τὴν (post verba διὰ τὴν) omittit, — quod tamen haud scio an merae librarii negligentiae tribuendum sit, homoeoteleuto videlicet favente, — atque δρόθοδόξονς post illa κατὰ διαδοχὴν addit<sup>4)</sup>), — ut καὶ post illud διάγων recentiore quadam manu male interpolatum missum faciam.

Hanc Vitam solo eoque mutilo codice Vaticano 1572 (n. 48) servatam ideoque in media fere parte sat magna lacuna laborantem nihil esse aliud nisi Vitae E epitomen obiter adnoto.

#### XV.

Vita G: Βίος καὶ πολιτεία τῶν ἀγίων καὶ ἐνδόξων καὶ φιλευσθῶν μεγάλων βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης<sup>5)</sup>, καὶ φανέρωσις τοῦ τιμίου καὶ ξωοποιοῦ ἀγίου σταυροῦ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, — ad fidem codicum C (Oxon.

1) Cf. supra p. 63 adn. 3 et 4.

2) μεγάλῃ addit E, solo h codice (n. 8, A) excepto; — μεγάλῃ C (v. supra p. 58).

3) παντοδαποὶ E, codicibus MV exceptis.

4) Propter hoc additamentum a genuino Vitae E contextu alienum cf. Vitae G clausulam mox infra proferendam.

5) D i d u c t i s litteris ea noto, quibus haec Vita ab E differt.

niensis, olim Clarkiani, — n. 11), L (Lugdunensis — n. 29), Q (Parisiini Gr. 1453 — n. 14), R (Oxoniensis, olim Thomae Roe, — n. 12), S (Oxoniensis, olim Seldenianoi, — n. 13), U (Vallicellani — n. 18), W (Vaticani Gr. 1079 — n. 21) edenda<sup>1)</sup>.

Incipit, ut Vita E, — nisi quod Ἐλένης (ut in titulo atque in contextu ubique) pro Ἐλένη praebet.

Desinit: Θεὸς δὲ, ὁ μεγάλα ποιήσας θαυμάσια, ὁ δοξάσας τοὺς ἀγίους δούλους σον Κωνσταντῖνον καὶ Ἐλένην διὰ τὴν τιμίαν καὶ μεγίστην αὐτῶν ἀρετὴν καὶ τὴν εἰς σὲ εἰλικρινῆ<sup>2)</sup> αὐτῶν πίστιν, καταξίωσον καὶ τοὺς μετ' ἐκείνους μέχρι τῆς συντελείας κατὰ διαδοχὴν τὴν τῶν Ρωμαίων βασιλείαν κρατοῦντας ὁρθοδόξον<sup>3)</sup> δεσπότας ἡμῶν τὴν ἐκείνων ἀρετὴν ζηλῶσαι, ἵνα καὶ ὁ λαός σον ἐν τῇ αὐτῶν γαλήνῃ, ἐν εὐφροσύνῃ καὶ πάσῃ χαρᾷ διάγων σοὶ τῷ Δεσπότῃ τῆς κτισεως<sup>4)</sup> ὅμιλον εὐχαριστήριον ἀναπέμπῃ ἐν τῇ σῇ δόξῃ<sup>5)</sup>, τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἀγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ δεῖ καὶ εἰς τοὺς αἰώνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Edidit hanc Vitam G anno 1907 Michelangelus Guidi ad fidem codicis Parisini 1453 (n. 14) in ephemeride Romana supra laudata (p. 1 adn. 1), p. 306—340. 637—655, in „Appendice“ deinceps adiecta primum codicis Vaticani 1079 (n. 21) lectionibus adlatis<sup>6)</sup>, deinde nonnullis Vitae fontibus breviter notatis<sup>7)</sup>. Idem praeterea Vitae E codicis Messanensis 26 (n. 31) lectiones in apparatu critico, Vaticanorum 974 (n. 19) et — ubicumque hic codex deficit — 975 (n. 20) in „Appendice“ enotavit.

In ratione definienda, quae inter Vitas E et G intercedit, egregie Guidium errasse iam supra dixi. Praeterquam enim quod fon-

1) Huc pertinere obiter adnoto etiam „excerpta incondita, brevibus notis illustrata“, quae in codice Oxoniensi bibliothecae Collegii Regienensis (Queen's College) 247, chartaceo, saec. XVII, inveniuntur, titulo Βίος καὶ πολιτεία τῶν ἀγίων καὶ ἐνδόξων καὶ φιλενσεβῶν μεγάλων βασιλέων καὶ ἰσαποστόλων Κωνσταντίνον καὶ Ἐλένης praemisso (fol. 4) notaque adiecta: „Exstat in bibl. Bodl. inter Ms. graeca in arch. Roanis n. 9“ (C. van de Vorst et H. Delehaye, Catal. p. 370), unde codicem R excerptum esse apparent. — De codice Athoo Dionysiano (n. 4) cf. quae supra notavi (p. 62 adn. 1).

2) εἰλικρινῆ, quod in editione Guidiana legitur (Rendiconti p. 655, 5), operarum neglegentiae tribuendum est.

3) Cf. supra p. 65, XIV.

4) Propter hanc lectionem cf. p. 63 adn. 3.

5) De his verbis cf. quae supra (p. 63 adn. 4) dixi.

6) Rendiconti, p. 656—660.

7) Ibid. p. 661 s.

tiūm contextus, ubicumque EG inter se differunt, cum E constanter faciens hanc Vitam illa (G) antiquorem esse disertissime docet, — singuli quoque utriusque Vitae loci permulti inter se conlati nihil aliud esse G nisi Vitae E recentiorem quandam deterioremque recensionem satis superque demonstrant.

Quae ut paucis tantummodo inlustrentur exemplis, conferatur quaeso E (§ 41): *καὶ οἱ μὲν ἀλιτήριοι καὶ παράνομοι ταῦτα*<sup>1)</sup> ἐκένχριντο (ἐκέχρηντο G p. 313, 5), Θεὸς δὲ ὁ τὰς τῶν ἀγίων εὐχὰς (ψυχὰς G p. 313, 6) πρεσβύτους ἀεὶ τῶν ἀδικεῖν ἐπιχειρούντων ἀποφανων πτλ., — cum Vitae ss. Metrophanis et Alexandri, — quae quidem ex eodem atque C\* fonte profluxit, — p. 288 col. 1 ed. Gedeon.<sup>2)</sup>: *τῷ μὲν Μαξιμιανῷ ταῦτα ἐκένχριτο, Θεὸς δὲ ὁ τὰς τῶν ἀγίων εὐχὰς πτλ.*<sup>3)</sup>.

Exemplo, quod modo attuli, hoc alterum vel disertius est: cf. E (§ 43) *καταλαμβάνει τὸν πατέρα ἐν Βρεττανίαις τῶν Γάλλων ἀνωμαλοῦντα*<sup>4)</sup>, [καὶ] τὴν ἐπιθάνατον<sup>5)</sup> *κάμυνοντα νόσον*<sup>6)</sup> καὶ διαθήκας<sup>7)</sup> τιθέμενον καὶ ἐν πολλοῖς οἷς εἶχε παισὶ Κωνσταντῖνον ἐπιζητοῦντα καὶ ἀνακαλοῦντα καὶ τὸν λειπόμενον ποδοῦντα. (§ 44) *ταῦτα ἔτι φθεγγομένον τοῦ πατρὸς καὶ ἐπιβοῶντος καὶ τὸν Χριστὸν ποτνιώμένον, . . . παρόντην ἐκεῖνος εὐθὺς, καὶ πάντα*<sup>8)</sup> *τῷ πατρὶ διηγεῖται*, — ubi quaecumque diductis dedi litteris, etiam in Vita ss. Metrophanis et Alexandri eodem ordine leguntur, — cum G (p. 313, 15 ss.): *καταλαμβάνει τὸν πατέρα ἐν Βρεττανίαις*

1) In plerisque Vitae G codicibus τοῦτο legitur, idque in contextum recipere Guidi p. 313, 5 debuit, quoniam et cod. Parisinus (n. 14) manus 1, et Vaticanus (n. 21) τοῦτο praebent. Hanc tamen codicis Parisini lectionem non enotavit editor doctissimus. — Ceterum, insequentis in G verbi (*ἐκέχρηντο*) ratione habita, illud τοῦτο pro τούτῳ minus recte scriptum esse equidem existimaverim.

2) *Ἐκκλησιαστικὴ Αλιθεία*, 1884.

3) Hinc praeter alia manifestum sane fit parum feliciter Guidium illud *ἐκέχριντο* (E) mero „itacismo“ tribuisse.

4) ἀνωμάλω ἀρρωστίᾳ κατευλημένον (pro ἀνωμαλοῦντα) solus codex F (n. 7) praebet, videlicet interpolatus, quocum tamen Vitam G facere mox videbimus. — Deinceps καὶ om. AGP atque Vita F.

5) ἐπὶ θάνατον codd., quod V. Jernstedt emendavit.

6) νόσῳ Vita ss. Metroph. et Alex., p. 288 col. 2.

7) *διαθήκην* (codicibus invititis) in sua Vitae modo laudatae editione perpetram Gedeon dedit. — Praeterea notandum est *διαθήκας τὸν πατέρα* διαθήκας in solo F legi, quicum hoc quoque loco Vita G consentit (v. infra).

8) *καὶ τὸ πάντα* in cod. Messanensi (n. 31) legi parum recte adnotavit Guidi (ad p. 313, 23—25).

δεινῆ ἀρρωστίᾳ κατειλημένον<sup>1)</sup> καὶ πρὸς θάνατον βλέποντα, διαθήκας τε<sup>2)</sup> τιθέμενον καὶ ἐν τοῖς παισὶν αὐτοῦ πᾶσιν ἐπιζητοῦντα μόνον τὸν Κωνσταντῖνον καὶ τὸ τούτου<sup>3)</sup> ὄνομα τὸ τέως λεῖπον ἀνακαλούμενον. ταῦτ' ἔτι τοῦ πατρὸς φυλεγγομένον καὶ ποτνιωμένον, τὸν αὐτῷ χρηστὸν<sup>4)</sup> ἐπιζητῶν<sup>5)</sup> . . . παρῆν εὐθὺς δὲ Κωνσταντῖνος, καὶ πάντα κατὰ μέρος διηγεῖται τῷ πατρὶ, ὅσα μετὰ τὴν πρὸς Μαξιμιανὸν ἀφίξιν πάθοι<sup>6)</sup>. Hinc enim facillime perspicitur Vitae E contextum a Vitae G conscriptore enarratum esse.

E singulis autem hasce paucas proferre lectiones satis habeo, stellulas genuinis adpingens :

p. 307, 19 συνειδότες G: \* συνιδόντες E<sup>7)</sup>;

307, 26 (εἰρήνης) πάντα G: \* πάντα E<sup>8)</sup>;

308, 14 et 335, 10 σένδετον G: \* σέδετον E;

308, 27 s. εὐνῆς παλινδρομήσας om. G<sup>9)</sup>: praebet E;

309, 1 (ἀχανῆς καὶ) ἀνανδρος G<sup>10)</sup>: ἀνανδρος E<sup>11)</sup>;

309, 5 πόνων G: \* τόπων E.

Iam vero locis supra adlatis omnibus cum cod. Parisinus 1608 (n. 15; P siglo a me, nullo a Guidio notatus) Vitae E lectiones praebeat, Parisinus autem 1453 (n. 14; Q siglo a me, P a Guidio notatus) Vitam G contineat, — quam temere Guidi p. 304 illum codicem ex hoc transcriptum esse coniecerit, nemo non videt.

1) Cf. supra p. 67 adn. 4.

2) Cf. supra p. 67 adn. 7.

3) τοῦτο apud Guidium p. 313, 18 typotheta māle dedit.

4) Istan lectionem (a Guidio non enotatam) cum plerique codices iisque gravissimi praebeant, Vitae G, reddendam esse reor; Χριστὸν Guidi p. 313, 20, qui tamen illud αὐτῷ aut transponere aut in αὐτοῦ mutare sane debuit.

5) Hanc quoque lectionem Vitae G contextui reddo, quippe quam omnes codices praebeant; ἐπιζητοῦντος Guidi p. 313, 20 de conjectura facillima sane, sed minime necessaria, ut mea quidem fert opinio.

6) Diductis litteris, uti supra, e. notavi, quae in Vita ss. Metrophanis et Alexandri leguntur. Praeterea, nonnulla verba in G alio proferri ordine respiciendum est.

7) συνειδόντες codd. PGT, συνηδότες h; συνειδότες (ut G) Vita F.

8) πάντα (puncto supra ν scr.) T, ταῦτα A.

9) Nisi quod εὐνῆς solus cod. U exhibet, quem quidem medium quendam inter E et G locum obtinere alia quoque demonstrant exempla.

10) Nisi quod ἀνανδρος cod. S atque (ex ἀνανδρος corr.) cod. Q (n. 14; hunc P siglo notavit Guidi) praebent. — Priorem tamen codicis Q scripturam a Guidio nusquam enotatam esse obiter adnoto.

11) ἀνετος codd. MV, ἀφωνος F.

Denique commemorandum est utriusque Vitae (**EG**) codices, quibus Guidi usus est, ab eo non satis diligenter esse conlatos, ideoque locis haud paucis alias lectiones ab editore omnino omitti, alias minus recte adferri videmus. Ac istiusmodi quidem neglegentiae iam supra nonnulla exempla obiter notavi<sup>1)</sup>, iam vero alia eaque illis graviora adferam, perpauca tantum proferre, ut par est, satis habens.

M codicem (n. 31) „ώς ὁδαῖος post σωτηρίαν add[ere]“ ait Guidi in apparatu critico ad p. 314, 7, — verum tamen ὡς ὁ δαδ' (i. e. δανιδ) ibi clarissime leguntur.

Idem codex *κληρονόμουν* (εξ *κληρονόμουνς* correctum) praebet, non *κληρονόμους*, ut adfert Guidi ad p. 315, 15 s.

V codex (n. 19) p. 306, 9 *σεμνοπρεπεία*, — 307, 3 *ἀνακηρύττηται*, — 309, 15 *τευξάμενος*, — 312, 19 *ἀνδρονυμένον* praebet, — non *σεμνοπρεσβεία*, *ἀνακηρύπτηται*, *ταξάμενος*, *ἀνδρικυμένον*, quae Guidi p. 656 col. II enotavit.

In eodem codice τότε p. 307, 12 non omissūm, ut Guidi p. 656 ait, sed erasum est.

MV alterum η (ante λέγονσα) p. 307, 3 omittunt, quod tamen nusquam Guidi notavit.

W codex (n. 21) p. 307, 18 *ἀράχθον* pro *Οὐαράχθον* praebet atque 307, 6 *καὶ ἐπεράστον* omittit, item 307, 17 *καὶ* ante *Πάρθοι*, — quorum nulla fit apud Guidium mentio (p. 656 col. I).

Quae cum ita sint, G quoque edere operae pretium esse vix quisquam, opinor, negabit.

Iamque occasione oblata hoc saltem loco ea notare mihi liceat, quae iam antea, de Vita **E** disserens, dicere volui, sed casu quodam praetermis, quaeque ad utramque pertinere Vitam (**EG**) mox videbunt legentes.

F. Nau, qui ad fidem acephali illius codicis Londiniensis Musei Britannici Addit. 19458<sup>2)</sup> eam Vitae **E** partem anno 1905 enar-

1) Cf. p. 67 adn. 1 et 8; p. 68 adn. 4 et 10.

2) Cf. supra p. 37, — in cuius adnotatione 4 commemorare oblitus sum Guidium quoque perspexisse hunc codicem ad Vitam **E** pertinere (Rendiconti p. 304: „Avendo poi avuto dalla gentilezza del Pr. Nau la copia di un brano dell' Add. 19458 del British Mus. ho potuto stabilire che questo m.s. segue la redazione B.“).

ravit<sup>1)</sup>, ubi de inventione s. Crucis deque sacris aedibus a s. Helena in Palaestina constructis agitur<sup>2)</sup>, — breviter quaestionem perstringens, quonam fere tempore haec Vita conscripta sit<sup>3)</sup>, eam ad saeculum fere decimum referendam atque a Symone Metaphrasta — nimirum aliam quandam antiquiore Constantini Vitam, ut adsolet, enarrant — conscriptam esse suspicatur, sic ratiocinatus: „La fin de cette Vie mentionne les empereurs Maurice et Héraclius. Sa composition se place donc du VII<sup>e</sup> siècle (après Héraclius) au XI<sup>e</sup> (avant la transcription de nos mss.). Mais si l'on remarque qu'elle se trouve dans les grands ménologes (au 21 mai), on pourra supposer avec une grande vraisemblance qu'elle a été rédigée par le Métaphraste au X<sup>e</sup> siècle. Ce rédacteur a pu utiliser une source plus ancienne, comme il lui arrive souvent de le faire“<sup>4)</sup>.

Ac huic quidem viri clarissimi de Metaphrasta opinioni, quam Guidi commemorasse satis habuit<sup>5)</sup>, adstipulari videtur Carolus Weyman<sup>6)</sup>, me tamen iudice ea neutiquam comprobari potest, quoniam vel sermo, quo Vitae EG conscriptae sunt, a notissima illa elocutione Metaphrastea mirum quantum abhorret. Quod ut statim demonstrem, nunc quidem hos utriusque recensionis locos proferre satis habeo (plures enim alibi adferam).

**E** § 204: ἀλλ' ἐπαναλαβέσθω<sup>7)</sup> πάλιν ὁ λόγος τῇ κατὰ<sup>8)</sup> τοῦ μακρίον καὶ ἀγίον Κωνσταντίνου διηγήσει, ut optimi quidem libri (PAG) atque T praebent, deterioribus (FMV) post illud λόγος sic pergentibus: τὴν (πρὸς τὴν F, propter quod respicienda est adn. 7) κατὰ<sup>9)</sup>

1) Revue de l'Orient chrétien, X, 1905, p. 164—168. Praeter Londiniensem illum codicem etiam Q hic illic adhibuit vir clarissimus (cf. ibid. p. 166 adn. 2 atque p. 168 adn. 1). Hinc vero corrigenda sunt, quae Guidi p. 305 minus recte ait: „Il Nau . . . traduce dal P(arigino) 1453 i passi relativi alle costruzioni fatte in Palestina da S. Elena.“

2) Eandem Vitae E partem a Victore Jernstedt anno 1886 editam esse iam norunt legentes (cf. p. 2 atque 63).

3) Notandum tamen est Vitarum EG nullum discriminem a F. Nau factum esse.

4) Revue de l'Orient chrétien, X, p. 162.

5) Rendiconti, p. 305; — cf. ibid. (paulo supra): „Quanto al tempo della composizione della vita, occorre notare che si nominano in essa gli imperatori Maurizio ed Eraclio“, — néc plura.

6) Byzant. Zeitschr., XV, 1906, p. 407.

7) ἐπανίτω F, scilicet manifesto interpolatus.

8) κατὰ om. T.

9) Huius vocis κατὰ litteras in rasura F exhibet.

*τὸν μακάριον καὶ ἄγιον<sup>1)</sup> Κωνσταντῖνον διήγησιν, quibus ex parte saltem codex Vaticanus 1991 (n. 73) accedit haec suppeditans: τὴς κατὰ τὸν μακάριον καὶ ἄγιον Κωνσταντῖνον διήγησε ως (sic).*

**G** (p. 640, 8 s. ed. Guid.): *ἀλλ’ ἐπαναλαβέτω πάλιν ὁ λόγος τὴν διήγησιν πρὸς τὸν μακάριον καὶ ἄγιον Κωνσταντῖνον.*

Ceterum de quaestione, quonam fere tempore haec Vitae conscriptae sint, alibi uberioris acturo hoc quidem loco praemonere mihi liceat Vitam C\*, — qua de (cf. p. 63 atque 58, X), — saeculo VII fere medio, Vitam E saeculo fere VIII aut IX, Vitam G post E demum conscriptas esse, ut mea quidem fert opinio.

## XVI.

Vita H: Память благоверного царя Константина и матери его Елены, — ad fidem codicis Petropolitani (n. 42) edenda.

Incipit: Си блаженаа Елена бысть от града нарицаемаго Серпа от предъль персьских, рожепися от отца Феодора, ел'лина соуща, и матере такоже нарицае мы Елены въ царство Диоклитиана. тогда Костя Зеленый епаршескии предръжа санъ, посланъ же бысть въ персы мира дѣла, и дошед града Серпа, обита оу Теодора гостин'ника.

Desinit: блаженам же Елена созда церкви и святых моши собра, и шедши во Иерусалимъ, обрѣте крестъ Христовъ и копие, прободшее свата и ребра, и гвоздіа, вобиенаа въ пречистыи рѹцъ Христовъ, и добръ поживише, преставися к Богоу от славы въ славъ и от<sup>2)</sup> жизни в' вѣчноую жизнь. Константинъ же царствовавъ лѣтъ и Христови предавъ царство с миromъ почи.

Haec Vita inedita, cuius Graecus quidem contextus deperditus esse videtur, Vitae E vel G brevissima est epitome. Notandum est eius conscriptorem quaedam de suo videlicet, — veluti s. Helenaе parentium nomina (Theodorus et Helena), — adiecissee, quae additamenta diductis litteris supra significavi.

1) καὶ ἄγιον om. F, — videlicet propter homoeoteleton quod dicitur.

2) Нос fere loco се и taleve quid intercidisse equidem existimaverim (θ | жижин cod.).

## XVII.

Vita K<sup>1)</sup>: *Μνήμη τῶν ἐν εὐσεβεῖ τῇ λήξει γενομένων πρώτων βασιλέων ἡμῶν Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης.*

Edidit hanc Vitam synaxariam Hippolytus Delehaye in „Synaxario Ecclesiae Constantinopolitanae“ (Bruxellis 1902), col. 697, 34—700, 37, ad fidem codicis *Sirmondiani dicti*, nunc Berolinensis 219, saec. XII—XIII), in adnotatione critica adiectis codicis *Mc* (Parisini Coislinianni 223, anno 1301 scripti) lectionibus. Quorum tamen codicum neutrum huius Vitae recensionem antiquissimam praebere pro certo adfirmare possum, nisi quod ille antiquior (*S*) titulum quidem aut genuinum aut saltem genuino proxime accedentem servasse videtur, quo de cf. quae mox infra notabo. Ceterum, tam utriusque recensionis ope, quas codices *S* et *Mc* suppeditant, quam aliarum quarundam, quae mihi partim ex libris manu scriptis (nn. 39. 40; 45), partim ex editis innotuere, — ipsam deperditam illam vitae **K** recensionem antiquissimam restituere non ita difficile fore opinor, quod quidem in Sylloge, ut par est, facere conabor.

Edita illa recensio (*S*), — titulo, quem supra protuli, praemisso<sup>2)</sup> , — sic incipit: *Οὗτος ὁ μακάριος καὶ δοϊδυος<sup>3)</sup> ἐν βασιλεῦσι Κωνσταντίνος νιὸς γέγονε Κώνσταντος τοῦ Χλωροῦ καὶ Ἐλένης τῆς τιμίας. ὁ γὰρ Κώνσταντος θυγατριδοῦς γέγονε Κλανδίον τοῦ προθεβασιλευκότος ἐν τῇ<sup>4)</sup> Ἀράμη πρὸ τῆς τοῦ<sup>5)</sup> Διοκλητιανοῦ καὶ Καρίνου βασιλείας.*

Desinit: *τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σύναξις<sup>6)</sup> ἐν τῇ ἀγιωτάτῃ<sup>7)</sup>*

1) I litteram, ut par est, praetermisit, ne forte hoc siglum pro numeri nota haberetur.

2) Ab hoc diversum praebet codex *Mc* titulum hinc: *Μνήμη τῶν ἀγίων καὶ θεοσέπτων* (leg. θεοσέπτων, — **боговътвълн'ицъ** n. 45) *μεγάλων βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης.* Cf. nn. 39 atque 40.

3) *Ο μέγας καὶ μακάριος οὗτος Mc.*

4) τῇ SP<sub>1</sub> (n. 39): om. *Mc* et P<sub>2</sub> (n. 40) atque Vitae EFG (p. 307, 32 ed. Guid.).

5) τοῦ SP<sub>1</sub>P<sub>2</sub>: om. *Mc*.

6) <ἢ δὲ?> *σύναξις τελεῖται* cod. *H* (i e r o s o l y m i t a n u s S. Crucis 40, saec. X—XI), cuius lectiones Nicolaus Krasnoselcev in „Лѣтопись Историко-филологического Общества при Императорскомъ Новороссийскомъ Университетѣ“, vol. VI, 1896, p. 339 enotavit.

7) *ἀγιωτάτῃ* *S* et *Mc*: om. *H*.

*Μεγάλη<sup>1)</sup>* ἐκκλησίᾳ καὶ ἐν τοῖς ἀγίοις Ἀποστόλοις τοῖς μεγάλοις<sup>2)</sup> καὶ ἐν τῷ θείῳ αὐτοῦ<sup>3)</sup> ναῷ ἐν τῇ<sup>4)</sup> κυνοτέρων τῆς Βώνου<sup>5)</sup>, τοῦ πατριάρχου<sup>6)</sup> ἐκεῖσε μετὰ τῆς λιτῆς<sup>7)</sup> παραγενομένου<sup>8)</sup>, τὴν συνήθη λειτουργίαν καὶ θείαν μυσταγωγίαν<sup>9)</sup> ἐπιτελοῦντος.

Quod autem ad quaestionem de huius Vitae fontibus attinet, eam ex Vita E fluxisse pro certo adfirmare possum, et quidem ex ea Vitae modo laudatae recensione, qualem codices MV ex uno eodemque codice iam deperdito (Z) transscripti suppeditant, ac veri est simillimum Vitae K conscriptorem aut ipso Z, aut eo codice, ex quo Z transscriptus erat, usum esse. Quae omnia suo loco ac tempore argumentis, ut par est, adlatis demonstrabo.

Praeterea notandum est aliquot Vitae K versus — καὶ ἐν τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ ἐβασίλευσε<sup>10)</sup> κατὰ τὸ πεντακισχλιοστὸν ὀκτακοσιοστὸν ὀκτωκαιδέκατον ἔτος ἀπὸ κτίσεως κόσμου, ἀπὸ δὲ τῆς ἐν σαρκὶ ἐπιδημίας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ<sup>11)</sup> τριακοσιοστὸν<sup>12)</sup> ὀκτωκαιδέκατον<sup>13)</sup>, τριακοστὸς<sup>14)</sup> δεύτερος βασιλεὺς ἀπὸ Αὐγούστου γενόμενος<sup>15)</sup> — ex Vita D desumptos esse. Quae verba cum in Vitae K media fere parte codex S, sub finem codices Mc et II collocent, hinc non sine

1) *μεγάλη* ed. (col. 700, 32).

2) *τοῖς μεγάλοις* S: om. Mc et H, qui me quidem iudice sequendi sunt.

3) *αὐτῶ H*, quod potius ex *αὐτοῦ* (ditto graphice scilicet) ortum est quam in *αὐτῶν* est corrigendum.

4) Deinceps μονῇ τῆς κινοτέρην ἐνδόξως ἔγαν καὶ μεγαλοπρεπῶς nec plura Mc praebet.

5) τῆς βώνου (βόνον H) SH; τῇ quidem pro τῇ requiri appetit, cave tamen illud reponas; τῆς enim hoc ex archetypi contextu — fere tali: ἐν τῇ μονῇ τῆς κινοτέρην τῆς Βόνου (vel ἐν τῇ μονῇ τῇ πλησίον τῆς Βόνου κινοτέρην) — transisse putandum est.

6) ἄμα τὸν βασιλέως καὶ τῆς συγκλήτου addunt H atque „Prologorum sive Synaxarii“, quem librum supra laudavi (p. 21 adn. 2), codex Graecus (II), ab interprete Slavo adhibitus.

7) μετὰ τῆς λιτῆς ἐκεῖσε transponunt HII; — λιτῆς pro λιτῆς in Synax. Eccl. CP. col. 700, 35 per operarum errorem legi obiter adnoto.

8) παραγινομένον II, quod illi lectioni (SH) praestare nemo non videt; πρηκοδαψημή (i. e. παραγινομένων) p. 45.

9) Pro istis τὴν συνήθη — μυσταγωγίαν (S) longe sane melius καὶ τῇ νοεῖσαν λειτονργίαν H praebet.

10) ἐβασίλευσε δὲ ἐν τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ altera praebet recensio (cod. Mc), hoc quidem loco sane propius ad archetypum (K) accedens.

11) θεοῦ S: ἱησοῦ χριστοῦ Mc.

12) τριακοστὸν Mc.

13) ἔτος deinceps addit Mc.

14) τεσσαρακοστὸς II.

15) Synax. Eccl. CP. col. 699, 15—21.

veritatis sane specie coniecerit quispiam illa in Vitae **K** archetypi margine postmodo scilicet adscripta fuisse.

Restat, ut adnotem utriusque illi Vitae **K** recensioni antiquiori, quales codices *S* et *Mc* praebent, me utramque interpretationem Slavicam adiecturum esse, — quarum altera eaque antiquior, in Magno illo Menologio Macariano servata (n. 45), publici iuris, quantum scio, nondum facta est, altera vero, recentior, iam dudum est edita, veluti in libri, qui inscribitur „Пролог илн Синаксарій ӡа еже страданій и угодотвореній“ (Mosquae 1816), vol. III, 1 fol. 65—66. Has interpretationes addere propterea haud ab re fore opinor, quod et codicum Graecorum nobis instar sunt nec nihil ad Vitae **K** archetypum restituendum conferunt, medium quendam locum inter *S* et *Mc* obtinentes.

### XVIII.

*Vita L:* Μνήμη τῶν εὐσεβεστάτων καὶ ἀγιωτάτων μεγάλων βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης τῆς αὐτοῦ μητρός, — ad fidem duorum codicium Petropolitanorum — R (n. 39) et P (n. 40) edenda.

*Incipit:* Οὗτος ὁ<sup>1)</sup> μέγας ἐν βασιλεῦσιν νίδιος γέγονε Κώνσταντος<sup>2)</sup> βασιλέως τοῦ Χλωροῦ καὶ Ἐλένης<sup>3)</sup> τῆς τιμίας. ὅστις Κώνστας θυγατριδοὺς γέγονε Κλανδίον τοῦ προθεβασιλευκότος κτλ.

*Desinit:* ὁ δὲ μέγας Κωνσταντῖνος ἑορταῖς<sup>4)</sup> καὶ πανηγύρεσι τὴν πόλιν φαιδρύνας, καὶ μικρὸν ἐπιβάς τοῦ λβ'<sup>5)</sup> χρόνου, ἐνῷ καλῶς τῆς βασιλείας ἥρξε, τῆς κατὰ<sup>6)</sup> τῶν Περσῶν ἐκστρατείας<sup>7)</sup> ἀγάμενος<sup>8)</sup> καὶ ἐν τινι τῶν κατὰ τὴν Νικομήδειαν ἀγρῶν γενόμενος, πρὸς Κύριον ἐκδημεῖ, καὶ πρὸς τὴν αὐτοῦ ἐπανάγεται πόλιν, προπομπαῖς καὶ ὑπαν-

1) μακάριος καὶ deinceps addit P; cf. **K**.

2) κώνστα P.

3) ἐλένης (sic etiam in titulo) P.

4) ἑορταῖς P: om. R; ἐγκαυνίοις **K**.

5) λβ' P: μβ' R, — qui error etiam in omnibus Vitae **K** recensionibus supra laudatis deprehenditur.

6) κατὰ PK: om. R.

7) Sic PR: ἐγχρατεῖας (cum *S* et *Mc*) Synax. Eccl. CP. 700, 25, quod tamen aut in ἐχστρατεῖας, — id quod equidem prætulerim, — aut in ἐπιστρεψίᾳ corrigere utique debuit editor clarissimus.

8) Sic PK: ἀρξάμενος R.

τήσεσι<sup>1)</sup> μεγαλοπρεπῶς δεξιούμενος, καὶ ἐν τῷ ιερῷ οἴκῳ<sup>2)</sup> τῶν ἀγίων καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων ἐναποτίθεται<sup>3)</sup>.

Haec Vita est Vitae K recensio quaedam recentior ac brevior, quae tamen et ipsa non nihil ad genuinum K contextum restitendum confert (cf. p. 74 adn. 7), ideoque digna esse mihi videtur, ut in lucem tandem aliquando proferatur.

## XIX.

Vita M: Μνήμη τῶν εὐσεβεστάτων μεγάλων βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Ἐλένης.

Incipit: Κωνσταντῖνος ὁ μέγας καὶ πρῶτος ἐν χριστιανοῖς βασιλεὺς γέγονεν νιὸς Κώνσταντος τοῦ Ῥωμαίων καὶ σαραρίους καὶ Ἐλένης.

Desinit: καὶ μετὰ ταῦτα βασιλεύσας, τά τε εἰδωλεῖα κατέστρεψε καὶ ἐκκλησίας ἀνήγειρε καὶ πόλεις ἔκτισε καὶ τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ διὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Ἐλένης ἐφανέρωσε, καὶ πολλὰ κατορθώματα ποιήσας πρὸς Κύριον ἔξεδήμησεν.

Haec Vita — omnium brevissima, ad Synaxarium (quod vulgo minus recte Menologium dicitur) Basilianum pertinens cumque ceteris eiusdem Synaxarii Vitis iam dudum edita (post alios in Mignei P. G. CXVII, 468 C. D.) — est quaedam Vitae M\* iam deperdita recensio, quae quidem genuinum archetypi sui (M\*) contextum non ubique praebere videtur, quo de uberius alibi agam. Illa vero M\* est Vitae K epitome brevissima.

## XX.

Vita N: Слово о великом честном кресте и о победе царя Константина на Магнити силою Божией, — ad fidem codicis Petropolitani (n. 43) edenda.

Incipit: Константинъ великий и первый царь хр(и)стьянскыи бысть сынъ Константъ римскаго цара. Единъ съи<sup>4)</sup> Константинъ<sup>5)</sup>

1) ὑπαντεῖν (sic) R.

2) Sic (*οἴκων*) PR praebent, videlicet ex *στίχῳ* scriptura male ortum; — σηκῷ K.

3) Sic PK: ἀποτίθεται R. — Ceterum cf. Synax. Eccl. CP. 700, 20–31.

4) съи scripsi (съи quoque possis): съи codex; — cf. Vitae K § 2 μόνος οὗτος (Synax. Eccles. CP. 699, 7).

5) Константа scripsi (cf. „Константъ“ paulo supra obvium atque Vitae H — supra p. 71 — „Константъ Зеленый“): Константина cod., quod quidem dittographice ortum esse apparent. — De Константина restituendo cave cogites, quamquam haec nominis forma et genuina est et proxime ad illam codicis scripturam accedit.

паче инѣх царь призываше промысленіе Вышнаго, идоломъ же не внимаше.

Desinit: и ино много исправивша, с миром ко Господу отидоста. Множество людіи от мзыкъ Богови приведоста, и весь миръ освавивша, и Христа прослависта, и сама от него прославлена быста, и пріаста вѣчныи животъ и царство небесное.

Haec Vita — et ipsa iam dudum Slavice edita<sup>1)</sup> — est illius M\* deperditae, cuius supra mentionem feci, altera recensio eaque amplificata: nam praeter pauca quaedam aliunde adiecta in media eius parte nonnulla ex notissimae de s. Cruce narrationis cap. I, quod vulgo „Visio Constantini“ inscribitur<sup>2)</sup>, desumpta leguntur.

## XXI.

Vita Ο: *Bίος καὶ ἀνδραγαθήματα τοῦ ἐν ἁγίοις ἀοιδίμονι μεγάλου Κωνσταντίνου*, — ad fidem codicis Vaticani (n. 47) recensenda.

Incipit: ‘Ο ἐν ἁγίοις εἰκότως ἀριθμηθεὶς βασιλεὺς Κωνσταντῖνος, ὁ καὶ Μέγας ἐπικληθεὶς διὰ τε τὰς περὶ πολέμους ἀνδραγαθίας καὶ τὰς κατ’ ἔχθρῶν ἀριστείας καὶ τὰ καθ’ ὑπερθρολήν νικητήρια καὶ μάλιστα διὰ τὴν ἀμώμητον πίστιν τῶν χριστιανῶν καὶ εὐσέβειαν, ἔσχεν ἐκ τοῦ πατρὸς Κωνσταντίνου ἐκ παιδὸς ἀφορμάς οὐδὲ τὰς τυχούσας περὶ τὴν θεοσεβῆ καὶ δρυθόδοξον διδασκαλίαν καὶ πίστιν<sup>3)</sup>.

Desinit: ὅπως μὲν οὖν τὰ μέρη τὰ περὶ τὴν πίστιν νενοσηκότα πρὸς τὸ ὑγιεινὸν ἐπανῆγε τῆς πίστεως, ἐπισκόπων τε συνόδῳ <καὶ><sup>4)</sup> δογμάτων ἀκριβείᾳ καὶ δρων ἱερῶν καὶ κανόνων θέσει διαθεσπίζων καὶ κατοχυρῶν τὴν ἀμώμητον πίστιν, τίς οὐκ ἀν ἐντυγχάνων ἀγάσαιτο<sup>5)</sup> καὶ Θεοῦ ἔργον ἡγήσαιτο<sup>6)</sup> τὰς ἐκείνου φωνάς τε καὶ διατάξεις, δι’ ὃν κατερύθμιζε<sup>7)</sup> τὴν τῆς ἐκκλησίας κατάστασιν, ἐφ’ ἐκάτερα συντείνων

1) Cf. supra p. 21 adn. 2. — Graecus vero Vitae Ν contextus deperditus esse videtur.

2) BHG. p. 57 (nn. 396, 397).

3) Sic (*διδασκαλίαν καὶ πίστιν*) cod., quo invito *πίστιν καὶ διδασκαλίαν* præbet p. 44, 7 editio R. P. Nicolai Franco, qua de infra uberioris agam.

4) καὶ supplevi: om. codex atque editio supra laudata.

5) ἀγάσαιτο cod., quod quidem in ἀγάσαιτο propter ἡγήσαιτο mox infra obvium (cf. adn. 6) immutare vix esse necessarium opinor.

6) ἡγήσαιτο (inc. fol. 24 r.) cod., quod et ipsum vix est ut in ἡγήσαιτο immutetur (cf. adn. 5). In editione vero (p. 326, 13) ἡγήσαιτο; (sic) legitur sine ulla editoris adnotatione.

7) Sic codex (*κατερύθμιζε*), quod in *κατερύθμιζε* corrigere minime necessarium esse existimo, — cf. meam s. Abramii archiep. Ephesii sermonum editionem,

έαντὸν ταῖς σπουδαῖς τε καὶ ταῖς ἐπιμελείαις, πρός τε τὴν τοῦ Θεοῦ θεραπείαν καταμερίζων ἔαντὸν καὶ τὰς κατὰ βαρβάρων ἀνδραγαθίας, καὶ ὅπως τὰ ὄρια τῶν Ἀρμαίων πλατύνοιτο, καὶ ὑφ' ἕνα ξυγὸν τὸ σύμπαν τῆς οἰκουμένης ὑποτάττων πλήρωμα, ὥσπερ ὑφ' ἐνὸς Κτίστου δημιουργηθὲν καὶ ὑφ' ἐνὸς ιθυνόμενόν τε καὶ κυβερνώμενον, φῶς δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Haec Vita est notissimi illius operis Eusebiani *Elēs τὸν βίον τοῦ μακαρίου Κωνσταντίνου βασιλέως* inscripti brevis enarratio, ad codicis cuiusdam Eusebiani iam deperditi fidem facta, quem utique saeculo XII posteriore non fuisse ipsius Vaticani 822, qui solus Vitam Ο servavit, aetas diserte docet<sup>1)</sup>), nec ullius eum ex Eusebii codicibus, quicumque ad nostram aetatem pervenerunt, apographum fuisse certissimum est. Quin etiam, hac Vita Ο intercedente, nonnihil ad genuinum illius operis Eusebiani contextum restituendum confert, veluti I, 36 p. 24, 12 Heik. τροφῶν, utpote interpolatum, secludendum esse docens<sup>2)</sup> ac paulo infra lectionem genuinam οὐκτον λαβῶν (ἀναλαβὼν vulgo I, 37 p. 24, 14 Heik.) suppeditans<sup>3)</sup>.

Primus hanc Vitam edidit R. P. Nicolaus Franco anno 1913 exeunte in ephemeridis „Roma e l'Oriente“ inscriptae fasc. 35—36, p. 44—48. 309—326, qui vir doctissimus munere suo satis diligenter sciteque functus est et Eusebiani illius operis capitum numeros suis locis ubique notavit. Ac deprehendi quidem hic illic errores, edi-

p. XCV adn. 319. — Aliter tamen de hac re iudicavit editor reverendissimus, qui et hoc loco κατερρόθμαξε (p. 326, 14) codicis quidem lectionem enotare supersedens, reposuit, et p. 317, 21 μετερρόθμασε dedit, codice μετερρόθμησε (sic) praebente, ubi equidem μετερρόθμασε legendum esse censeo.

1) Hunc librum Vaticanum, quem hagiographi Bollandiani ad saec. XII recte referunt (CHV. p. 75) quemque reapse saeculo XII fere ineunte antiquorem non esse ipse reor, in ephemeride Cryptoferratensi, quae „Roma e l'Oriente“ inscribitur, perperam ad saec. X—XI referri (fasc. 35—36, a. 1913, p. 42 atque 43) occasione oblata moneo; nec rectius ibidem (p. 43) notatum est hanc Vitam foliis 12—23 huius codicis contineri.

2) ὡστ' ἥδη τῶν ἀναγκαῖων τροφῶν ἐν ἐσχάτῃ σπάνει καὶ ἀπορίᾳ καταστῆναι ed. Heikel. p. 24, 11 s.: τοσαντη δὲ καὶ τῶν ἀναγκαῖων σπάνις κατειλήφει τὴν πόλιν κτλ. Vita Ο. — Ceterum adnotare haud ab re duco eum quoque codicem, et ipsum videlicet deperditum, quo Vitae Α conscriptor usus erat, eadem illa interpolatione inquinatum fuisse, — haec enim in Vita Α leguntur: εἰς τοσαντην δὲ σπάνιν τῶν ἀναγκαῖων τροφῶν ἡ τῶν Ἀρμαίων κατέστη, δῆσην οὐχ ἔστιν εἰπεῖν.

3) Hoc λαβὼν genuinum alterum quoque illum codicem deperditum praeibusse Vita Α docet (ἔπει δὲ τούτων ἀπάντων οὐκτον λαβῶν Κωνσταντίνος κτλ.). Ac me quidem iudice vix dubitari potest, quin illud ἀνα supervacaneum dittographice sit ortum.

tionem eius cum codicis ectypis conferens, eorum tamen plerosque levioribus potius adnumerandos esse libenter concedo, veluti — praeter eum, quem paulo supra obiter notavi (p. 76 adn. 3), — p. 44, 12 s. ἐπέγραψεν ἐν αὐτῷ exhibet editio, codice ἐπέγραφεν  
 ἐν ἐαυτῷ praebente; p. 45, 15 πάσας τὰς χώρας ed.: πάσασ | χώρασ  
 cod.; p. 44, 30 atque p. 45, 2 τινες ed.: | τινεσ cod.; p. 45, 11 s. κατεγίνωσκεν ed.: κατεγίνωσκε | cod.; p. 46, 18 βρεττάνων ed.:  
 βρεττανῶν | cod.; p. 46, 34 δὲ αὐτοῦ ed.: δὲ | τὸν αὐτοῦ cod.;  
 p. 46, 40 ἀντιβολῶν ed.: ἀντιβολῶν cod.; p. 47, 1 τις ed.: ὅστις  
 cod.; p. 47, 6 καὶ τοῦ ed.: καὶ τὸ | τοῦ cod.; p. 47, 14 κατὰ πολεμίων  
 ed.: κατὰ τῶν πολεμίων cod.; p. 47, 20 καὶ γὰρ ἡμεῖς ed.: | Καὶ γὰρ  
 καὶ ἡμεῖς cod.; p. 48, 23 ἀστεως ed.: ἀστεος cod.; p. 48, 29 προσκλήσεις εἰς ἀπορροποιασμὸν ed.: | προκλήσεισ· εἰσ ἀπορρο-  
 πιασμὸν cod.; p. 309, 1 ἔξεισιν ed.: | ἔξεισι cod.; p. 309, 5 λουπὸν  
 ἐγύντατα ed.: | ἐγγύτατα λουπὸν cod.

In praefatione, quae editioni modo laudatae praemissa est, non ab ipso quidem Nicolao Franco, sed a quodam ephemeridis editore doctissimo scripta, haec praeter alia leguntur (p. 41 s.): „ricerche nostre personali però portano un nuovo elemento per una terza redazione<sup>1)</sup> rappresentata dai Cd. Gr. Vat. 151-1572 non veduti nè esaminati dal Guidi (1), sebbene nelle linee fondamentali non si discostino assolutamente dal Bloç. Notevole nel testo di questi codici la omissione dell’ esordio ed una non trascurabile divergenza nel dettato, da cui si potrebbe, con ogni probabilità stabilire la differenza della redazione“, — et in adnotatione (p. 42 adn. 1): „Al chmo prof. è sfuggito anche il Chisiano R. V. 34 red. B [i. e. ad Vitam E pertinens, quod et ipse conieci p. 45 adn. 3].“

De altero quidem codice Vaticano (n. 1572) hic laudato, qui Vitam F suppeditat, iam satis edocti sunt legentes<sup>2)</sup>; in prioris autem numero erratum esse pro certo adfirmare possum, quoniam codex Vaticanus Gr. 151, quem et ipse in bibliotheca Apostolica nec semel evolvi, solas Agathiae Myrinaei Historias continet, — atque adeo, graviorem quandam errorem verbis supra adlatis subesse

1) Scil. Vitae Constantinianae; — paulo supra de duabus recensionibus a Guidio notatis agi obiter adnoto.

2) Cf. supra p. 22 (n. 48) atque p. 65, XIV.

suspicans, num reapse in hac bibliotheca etiam alias praeter Vaticanum 1572 exstet codex Vitam F continens, subdubito, praesertim cum nec in CHV. usquam nec in huius catalogi supplemento<sup>1)</sup> notatus sit.

Vitis Laudationibusque supra enumeratis praeterea, tamquam epimetrum, sat singularis necdum a quoquam edita subiungetur

## XXII.

**narratio P:** Λόγος διαλαμβάνων περὶ τῆς ἀγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου τῶν τι' καὶ η' θεοφόρων πατέρων καὶ περὶ τοῦ ἀγίου καὶ ἐνδόξου βασιλέως Κωνσταντίνου, — ad fidem codicis Vaticanani 1991 (n. 73) edenda.

**I**ncipit: Ἐπειδὴ τοῦ Θεοῦ χάριτος καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου συναγαγόντος ἡμᾶς ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν καὶ πόλεων ἡ μεγάλη καὶ ἀγία σύνοδος ἐν Νίκαιᾳ συνεκροτήθη<sup>2)</sup> ἐπειδὴ δὲ<sup>3)</sup> ἡ θροισμῆσαν ὅσοι τῆς δοδούτορίας τὸν πόνον ἐνεγκεῖν ἡδυνήθησαν, ἀφίκετο καὶ αὐτὸς εἰς τὴν Νίκαιαν, κτλ.

**D**esinit: τοιαῦτα τῶν πονηρῶν σπερμάτων ὁ Ἀρειος δρεψάμενος δράγματα καὶ τῶν ἐσομένων κολαστηρίων ἰδὼν τὰ προανύλια, τῆς οἰκείας ἀσεβείας διὰ τῆς τιμωρίας κατηγόρει<sup>4)</sup>. Γενώμεθα<sup>5)</sup> τοίνυν καὶ ἡμεῖς, ἀγαπητοί, ἐκπληρωταὶ τῶν προγεγραμμένων κατορθωμάτων καὶ τὴν δρυδόδοξον πίστιν ελλικρινῶς διαφυλάττοντες, ἵνα ἀπολάβωμεν<sup>6)</sup> ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἀντὶ τῶν φυλαρτῶν τὰ ἀφθαρτα, ἀντὶ τῶν προσκαίρων τὰ αἰώνια, „Ἄ δφθαλμὸς οὐκ εἰδεν καὶ οὐς οὐκ ἥκουσεν καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπουν οὐκ ἀνέβη· Ἄ ήτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν“<sup>7)</sup> ὄντερ γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν πρεσβείας τῶν τριακοσίων δέκα

1) Anal. Bolland., XXI, 1902, p. 5—22.

2) Haec ex Theodore Hist. Eccles. I, 9, 3 (p. 38, 18—20 Parment.) eaque ad verbum exscripsit compilator. Quae deinceps sequuntur, ad verbum et ipsa ex eiusdem operis I, 7, 2—8. 1 (επὶ τὰ περαγμένα) exscripta sunt (p. 30, 17 ss.).

3) συνεκροτήθη, ἐπειδὴ τε requiri patet, itaque videlicet compilator scribere voluerat, — vix tamen quidquam mutandum esse videtur, quoniam cum δὲ apud Theodoreum quoque legitur, tum illa Ἐπειδὴ — συνεκροτήθη ab insequentibus et puncto solitis crassiore, et spatio duarum fere triumve litterarum vacuo de industria relicto in codice (συνεκροτήθη | ἐπειδὴ δὲ) distincta sunt.

4) Haec (ad verbum, ut ubique) ex Theodore Hist. E. I, 14, 11 p. 58, 13—15 exscripsit compilator, totam clausulam deinceps de suo demum addens.

5) Γενόμεθα codex, — cuius menda leviora enotare, ut par est, supersedeo.

6) | ἀπολάβωμεν codex; -- ἀπολαύωμεν minus probatur.

7) Cor. I, 2, 9.

καὶ δικτὸν θεοφόρων πατέρων, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἀμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, τιμὴ, κράτος νῦν καὶ δεῖ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Conflatus est iste *Λόγος* ex variis *Theodoreti Historiae Ecclesiasticae* fragmentis, quibus satis amplius locus insertus est, ex Vita E (§§ 188—215) exscriptus<sup>1)</sup>.

Deinceps, tamquam alterum idque postremum nostrae *Sylloges epimetrum*, sequetur

### XXIII.

**Vita Q:** Περὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως Κωνσταντίνου ἐξήγησις, πῶς ἐνίκησε τὸν Μαξέντιον καὶ ἐπῆρε τὴν βασιλείαν, καὶ πῶς ἔκτισε τὴν Κωνσταντινούπολιν, καὶ περὶ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς πρώτης συνόδου, καὶ πῶς ὑπῆγεν εἰς τὴν Ἱερουσαλήμ ἡ ἁγία Ἐλένη διὰ τὸν τίμιον καὶ ζωοποιὸν σταυρὸν, καὶ πόσας ἐκκλησίας ἔκτισεν, — ad fidem codicis Dresdensis (n. 26) edenda.

**I n c i p i t :** Διοκλητιανὸς καὶ Μαξιμιανὸς βασιλεύοντες, οἱ δύο τύραννοι<sup>2)</sup>, ὡς ἔλαβαν τὴν βασιλείαν, ἔγιναν ὥσπερ θηρία ἀνήμερα κατὰ τῶν χριστιανῶν καὶ διωγμὸν μέγαν ἔκαμψαν εἰς αὐτοὺς καὶ δρισαν<sup>3)</sup>. κατὰ πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν νὰ ἀφανίζουν τὰς ἐκκλησίας τῶν χριστιανῶν καὶ τὰς ἁγίας εἰκόνας καὶ τὰ βιβλία νὰ κατακαίσουν.

**D e s i n i t :** τῷ δὲ λα' χρόνῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐπέρασεν εἰς τὴν Νικομήδειαν διὰ νὰ πάρῃ<sup>4)</sup> τὰ φουσάτα νὰ ὑπάγῃ εἰς τὴν Περσίαν νὰ πολεμήσῃ καὶ ἐκεῖ εἰς τὴν Νικομήδειαν<sup>5)</sup> ἀσθενήσας ἀπέθανε (sic). ἔζησε δὲ χρόνους ἔτενες καὶ ἐβασίλευσε χρόνους λα' καὶ μῆνας 1'. ἔγραψε δὲ καὶ διαδήκην καὶ ἔφησε τὴν βασιλείαν εἰς τοὺς γ' νιοὺς αὐτοῦ, εἰς τὸν Κωνστάντιον καὶ εἰς τὸν Κῶνστα~~<ν>~~ καὶ εἰς τὸν Κωνσταντίνον. ὁ δὲ Κωνστάντιος ἤλθεν ἀπὸ τὴν Ἀνατολὴν, καὶ ἦφερε<sup>6)</sup> τὸ λείφαντον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μετὰ πάσης βασιλικῆς τιμῆς εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν καὶ ἔθαψαν ἀντὸν τιμίως καὶ πανευλαβῶς ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. τῷ δὲ Θεῷ ἡμῶν δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Haec Vita — et ipsa, quantum scio, nondum edita — quamquam semibarbaro sermone conscripta est atque hic illic perquam

1) Cf. p. 339, 27—340, 8 et p. 637, 1—642, 2 editionis Guidianae.

2) τύραννοι, cod.

3) δρισαν (sic) cod.

4) | διάναπάρῃ cod.

5) | νικομήδειαν cod.

6) ἦφερε (sic) cod.

singularia vel potius inepta quaedam praebet<sup>1)</sup>, plus uno tamen nomine digna esse mihi videtur, quae integra in lucem proferatur.

## CAPVT VIII.

Praeterea, tamquam totius nostrae Sylloges supplementa, eaque iam seorsus ab illa subsicivisque fere temporibus publicanda, alias quoque virorum quorundam sanctorum Vitas, Laudationes, Passiones editurus sum, quarum alias ex Vita E fluxisse certum est, aliae aut ipsae Vitarum BE fontibus adnumerandae sunt aut ad eosdem fere fontes ascendere putandae. Sunt autem haece:

### I.

SS. Metrophanis et Alexandri episcoporum Constantinopolitanorum Vita, cuius duas habemus recensiones; harum

1) altera (BHG. n. 1279 p. 178) — uberior et sine dubio antiquior — iam dudum quidem a Manuele Io. Gedeone ad solius fidem codicis Athoi Vatopedini (n. 2) in lucem protracta est<sup>2)</sup>, non satis tamen diligenter codicem modo laudatum contulisse nec editoris munere ubique feliciter functum esse virum clarissimum haud pauci errores passim obvii demonstrant, veluti (*Εὐκλ. Ἀλήθ.* IV) p. 287 col. 2 (in titulo) γενομένων dedit pro γεναμένων, quod et A(thous) codex et Vaticani praebent (V — n. 55 et W — n. 54); p. 288 col. 2 σκενάζοντα pro σκεπάζοντα

1) Veluti § 6: (*Κώνστας*) δέ πατὴρ τοῦ μεγάλου Κώνσταντίνου . . . ἐβασιλευεν εἰς τὰ μέρη τοῦ Πορτογάλον, — propter quod apte comparari potest hic locus Chronicci anonymi breviter ab Alexandro Kirpičnikov in „Byzant. Zeitschr.“, I, 1892, p. 303—315 descripti: ἔστειλαν πρὸς τὸν μέγαν Κώνσταντίνον, ὅποι ἦτον βασιλεὺς εἰς τὸ μέρος τοῦ Πρωτογάλον εἰς τὸν θρόνον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ (l. c. p. 307). — Ceterum notandum est hoc Chronicon — „Περὶ τῶν βασιλέων τῆς πρεσβυτέρας Ρώμης, ὃνον ἐβασίλευσαν εἰς αὐτῆν“ inscriptum et solo, quantum scio, codice Constantinopolitano bibliothecae metochii S. Sepulcri 462, chartaceo, saec. XVI, servatum — ex eodem atque Q fonte fluxisse.

2) Primum anno 1884 in ephemeride Constantinopolitana, quae *Ἐκκλησιαστικὴ Ἀλήθεια* inscribitur, IV (ἔτος Ά', 1883—1884), fasc. 20—23, — deinde in eiusdem editoris sylloge *Ἀνέκδοτα Βυζαντινά* inscripta, p. 25—80. Ac priorem quidem illam Gedeonis editionem ut cum codicis Athoi supra laudati apographo Creteliano conferre possem, Athanasii Papadopuli-Keramei humanitate factum est, — alteram vero ne vidi quidem umquam.

atque διαθήκην pro διαθήκας (cf. supra p. 67 adn. 7) dedit; p. 289 col. 2 δεξάμενος παρὰ Ἀρωμαίους pro δεξ. παρὰ Πωμαῖων; p. 290 col. 2 [παγίσι] (sic) pro τέχναις; ibid. (sub finem) δὲ post ἔτι atque ὁ ante συμβασιλεύων, item p. 291 col. 1 καὶ post προϊών δὲ atque εὐ ante διαφόροις, codice ubique invito, omisit; p. 291 col. 1 (sub finem) τόποις pro τρόποις dedit; p. 297 col. 1 αὐτούς post συνιστῶν omisit; p. 298 col. 1 αὐτὸν post illa διὰ τιμῆς ἥγεν perperam addidit; p. 299 col. 1 ἀπαρνῆσαι pro ἀπαντῆσαι dedit; p. 299 col. 2 πάντα πολλὰ pro πάμπολλα; p. 306 col. 2 τῷ ἀνδρὶ pro τοῦ ἀνδρὸς; ibid. καὶ ἀνθορίσασθαι post ψηφίσασθαι omisit; p. 309 col. 1 προσκαλέσαι pro προβαλέσαι pauloque infra ἐπόμενον et mox ἐπεσθαι pro ἐσόμενον et ἐσεσθαι dedit; — praeterea p. 288 col. 2 [τῷ ἐν] Χριστῷ σκέμματι pro χρηστῷ (χριστῷ A) σκέμματι parum feliciter de coniectura sua reposuit, nec desunt alia istiusmodi coniecturarum exempla<sup>1)</sup>.

Quae cum ita sint cumque insuper iam neutram Gedeonis editionem viri docti commode nancisci possint, operaे pretium esse nemo negabit hanc Vitam antiquorem recensere, praeter codicis Athoi (n. 2) novum apographum aliis quoque novis subsidiis criticiis adhibitis, et quidem ipsius Vitae codicibus Vaticano Gr. 1667 (n. 55)<sup>2)</sup> et Laurentiano (n. 53) atque Theodori Paphii Parisino (n. 58) et Vindobonensi (n. 57) nec non Gelasii Cyziceni codice Taurinensi (n. 79).

2) Altera recensio (BHG. n. 1280 p. 178), iam dudum et ipsa edita<sup>3)</sup>, est prioris illius epitome, eamque Photius enarravit (*Biblioth. cod.* 256, p. 469—474 Bekk.). Hanc recensionem, codice Monacensi (n. 56) atque enarratione Photiana modo laudata adhibitis, una cum pleniore illa editurus sum.

1) Menda leviora — veluti ν̄ paragogicum ubique, codice invito, expulsum aut illud Ἐρνέα καὶ δεκάτῳ in ipso Vitae initio (p. 287 col. 2), item paulo infra καθὼν cum codice perperam pro Ἐρνεακαὶδεκάτῳ et καὶ δ ν̄ scripta — enotare, ut par est, supersedeo.

2) Alterum enim Vaticanum (n. 54), ut par est, missum facio, — cf. supra p. 24 adn. 3. — De codice Vaticano Gr. 984 rescripto, cuius scriptura antiquior (saec. X) ad eandem huius Vitae recensionem pertinet, v. infra in Epimetro.

3) Fr. Com be fisi i Graeco-Latinæ Patrum Bibliothecæ novum auctarium, II (Parisiis 1648), col. 574—592.

## II.

S. Eusignii martyris Acta Graeca apocrypha, quorum praecipuae recensiones tres haece sunt:

1) **recensio A** (BHG. n. 638 p. 88) omnium antiquissima, ex qua reliquas fluxisse certum est, et solo, quantum scio, codice Vindobonensi (n. 68) servata, necdum edita, nisi quod nonnulla excerpta Lambecius, codicem modo laudatum describens, publicavit<sup>1)</sup>. Ac huius quidem narrationis maior pars ex variis Vitae E (Constantianae) locis plerumque ad verbum exscriptis conflata est, unde plane confirmari patet illam Lambecii ac Pinii opinionem, qua haec s. Eusignii Acta suppositicia esse censuerunt, argumentis quidem haud omnino firmis nisi. — Hanc recensionem ad codicis Vindobonensis fidem editurus sum, aliis quoque subsidiis criticis, veluti Vita E atque Actorum recensionibus BC, ut par est, adhibitis.

2) **Recensio B** (BHG. n. 640 p. 89), cuius etiam Slavica exstat interpretatio, quattuor codicibus Graecis membraneis continetur, et quidem Athoo Vatopedino 79, saec. XI<sup>2)</sup>, fol. 258 v.—262 v., Parisino 548 (n. 61), Parisino suppl. Gr. 241, saec. X, fol. 22 v.—27 v.<sup>3)</sup>, Vaticano 819 (n. 64).

Ac prior quidem Parisinus (n. 61), — quem P littera brevitatis causa notabo, — cum eo codice Graeco (Σ), videlicet iam deperdito, congruens, quem Slavus interpres adhibuerat, eundem atque praestantissimus ille Vindobonensis (n. 68) titulum praebet (*Μαρτύριον τοῦ ἀγίου μάρτυρος Εὐσημίου*), reliqui vero tres ab illis dissentientes hunc in modum Acta inscribunt: *Ὑπομνήματα καὶ μαρτύριον τοῦ ἀγίου Εὐσημίου*. Hinc autem appareat PΣ codices ad recensionis B archetypum proprius accedere, idque horum utriusque contextu cum codicis Vaticani (n. 64) contextu conlato comprobari suo loco ac tempore demonstrabo.

Haec recensio nondum publicata est, eiusque contextui Graeco ad fidem codicum Parisini 548 (n. 61) et Vaticani (n. 64) ac forsitan alterius quoque Parisini supra laudati edendo etiam Slavicam ad-

1) Lambecius - Kollar Comment. de Augustissima Bibliotheca Caesarea Vindobonensi, VIII (Vindob. 1782), col. 221 ss.

2) Cf. supra p. 3 adn. 1.

3) Huius quoque codicis ectypa solis ope facienda me nancturum esse spero, nisi quidem ipsius evolvendi conferendique copiam habuero.

iungam interpretationem (et ipsam adhuc ineditam), quam ad Petropolitani (n. 62) et Mosquensis (n. 60) codicum fidem proferam.

3) Recensio C (BHG. n. 639 p. 88), — cuius Iberica (Grusinica) exstat interpretatio<sup>1)</sup>, — Graece octo codicibus servata est, quorum quinque, qui sunt Ambrosianus (n. 59), Hierosolymitanus Patriarch. 135, chartaceus, saec. XIV, Romanus Angelicus (n. 63), Vaticanus 1671 (n. 66), Vaticanus 1987 (n. 67), haec Acta *Maqrūqion tov ḥyion Eñsugnion* inscribunt<sup>2)</sup>), — reliqui autem tres titulos plus minus amplificatos praebent, et quidem Parisinus 1468, membraneus, saec. XI, — *Maqrūqion tov ḥyion μεγαλομάρτυρος Eñsugnion*<sup>3)</sup>, Vaticanus 866 (n. 65) — *Maqrūqion tov ḥyion καὶ ἐνδόξον ἀθλοφόρον Eñsugnion*, denique omnium uberrime Parisinus 1551, membraneus, saec. XIV, — *Maqrūqion tov ḥyion μαρτύρος Eñsugnion*<sup>4)</sup>, *καὶ περὶ τοῦ εὐσεβοῦς καὶ μεγάλον βασιλέως Κωνσταντίνου, καὶ δι' ἧς τὰ βασιλεῖα (βασιλεία?) ἐνεχείρησεν*<sup>5)</sup>.

Aliquot huius Actorum recensionis locos — videlicet e codice Vaticano 866 (n. 65) excerptos<sup>6)</sup> — anno 1893 B. Sarkisean publicavit in commentatione Armenice conscripta, in qua s. Silvestri historiam examinavit (Venetiis 1893, p. 15—27), atque in ephemerede Armenica, quae „Pasmavēp“ inscribitur, vol. LI, p. 365—367,

1) Cf. P. Peeters, Anal. Bolland., XXXI, 1912, p. 313, 31.

2) Hoc tamen de Hierosolymitano codice pro certo quidem adfirmare minime ausim, atque adeo, num tamē reapse titulum praebeat, qualis in descriptione a Papadopulo-Kerameo facta legitur, — (*Eñstoχion Kappladóxon*) *μαρτύριον τοῦ ḥyion Eñsugnion* (*Ιεροσολ. Βιβλιοθ.*, I p. 239), — subdubitari potest. Ac notandum est hunc codicem, cuius fol. 169 s. Eusignii Passio sic incipit: *'Ἐπι τῆς ὑπατείας Ἀρβιτιανοῦ καὶ Ιονιανοῦ* (haec enim sola Papadopoulos-Kerameus l. c. adtulit) corruptum illud ἀρβιτιανοῦ praebentem cum solo Parisino 1551 congruere.

3) Cf. CHP. p. 146, 49.

4) *εñsugnion* cod., teste CHP. p. 255, 19. — Huc usque titulum cum genuino illo (A) plane consentire, deinceps vero interpolationem incipere appetet.

5) Incipit: *'Ἐπι τῆς ὑπατείας Ἀρβιτιανοῦ* (cf. supra — adn. 2) *καὶ Ιονιανοῦ τοῦ παραβάτον* (ista quoque verba interpolatori debentur) *ἀνηρέθη κτλ.*, — desinit mutila: *καὶ ταῦτα νοσεν διὰ ννετὸς ἀπαχθῆναι . . . .* Foliis quidem „253—272“ hanc narrationem contineri ait CHP. p. 255, 19, sed in alterutro numero erratum esse facile intellegitur, — praeterquam quod posteriori, quicunque is erit, „v(er)sō“ utique addendum est.

6) Hoc quidem vel ex verbis colligendum esse mihi videtur, quae in BHG. n. 639 p. 88 adlata sunt: „Inc. *'Ἐπι τῆς ὑπατείας Ἀγριωνος καὶ Ιονιανοῦ* κτλ., — nam prioris consulis nomen sic corruptum solus codex Vaticanus 866 praebet.

quod quidem ex sola BHG. p. 88 cognovi, namque harum neutrius commentationis inspiciendae copiam ipse habui.

Integra vero haec recensio nuper demum a Basilio Latyšev ad fidem codicis Vaticanani 1671 (n. 66) publici iuris facta est in „Журналъ Министерства Народнаго Просвѣщенія“, N. S. vol. LV, 1915<sup>1)</sup>, nonnullis lectionibus codicum Vaticanorum 819 (n. 64) et 866 (n. 65) atque eorum codicis Vindobonensis (n. 68) locorum, quos Lambecius exscripsit, enotatis<sup>2)</sup>, praemissaque commentatione „О житіяхъ св. великомученика Евсигнія“<sup>3)</sup>, qua de suo loco ac tempore uberius agam.

Ipse recensionem C ad fidem codicum Ambrosiani (n. 59) et Romani Angelici (n. 63) triumque Vaticanorum (nn. 65—67), quibus etiam utrumque Parisinum accessurum esse spero<sup>4)</sup>, editurus sum, reliquis quoque duabus recensionibus (AB), ut par est, respectis.

### III.

Gregorii — sive potius, ut mea quidem fert opinio, Georgii<sup>5)</sup> — presbyteri Caesareae Cappadociae Λόγος<sup>6)</sup> εἰς τὸν ἀγίους τιη' πατέρας καὶ εἰς Κωνσταντῖνον τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα.

Hunc sermonem, cuius auctor praeter Theodoreti Historiam Ecclesiasticam etiam Constantini Vitam E compilavit<sup>7)</sup>, primum Combefisius anno 1672 ad solius fidem codicis Parisini Gr. 772, chartacei, saec. XV, publicavit<sup>8)</sup>, deinde anno 1908 Compernass,

1) Отдѣль классической филологии, р. 81—88.

2) Ibid. p. 88—91.

3) Ibid. p. 65—80.

4) De horum enim codicum Parisinorum utroque eadem mihi dicenda sunt, quae paulo supra de Parisino suppl. Gr. 241 notavi (p. 83 adn. 3).

5) Cur hoc nomen praferendum esse mihi videatur, mox infra dicam. Ceterum iam in BHG. p. 199 (n. 1431) recte notatur „Oratio a. Georgio (Gregorio) presb. Caesar.“

6) Notandum est ex omnibus (24) Georgii codicibus, qui mihi adhuc innotuerunt, ἐγχώμιον pro λόγῳ soli Vaticanus Palatinus 325 (n. 72) et Berolinensis Gr. 280 praebent.

7) Quod quidem Compernassium fugisse videtur. — Ceterum, in egregia Theodoreti Hist. Eccl. editione a Leone Parmentier publicata (Lpz. 1911) auctoriibus, qui Theodoreto usi erant, istum quoque Georgium sive Gregorium nec non Vitae P conscriptorem addendos esse obiter adnoto.

8) F. r. Combefis Bibliothecae Graecorum Patrum auctarium novissimum, II (Parisiis 1672), 548—568; — hanc editionem anno 1863 repetit Migne, P. G., CXI, 420—440.

octo codicibus adhibitis, — quorum optimos esse hosce tres ait: Parisinum modo laudatum, Vaticanum 862 (n. 71), Mosquensem (n. 69)<sup>1)</sup>, — recensuit atque commentario instruxit<sup>2)</sup>. Huius tamen viri doctissimi nec hanc editionem neque commentationem, quam de „Gregorio presbytero“ conscripsit<sup>3)</sup>, adhuc nancisci potui, quamquam compluribus intercedentibus bibliopolis utrumque librum requirebam. Ceterum hos quoque libros mihi spectatissimam illam Hippolyti Delehaye viri clarissimi comitatem suo tempore suppeditaturam esse spero.

Ipse quidem hunc Georgii sermonem ad fidem quattuor codicum recensebo, quos supra (p. 27 s.) enumeravi, scil. Mosquensis (n. 69), Vaticani (n. 71), Vaticani Palatini (n. 72), Romani Angelici (n. 70), — ut par est, adhibitis cum Compernassii atque Combefisii editionibus, tum Vita E ac Theodoreto aliisque subsidiis criticis.

Iam vero de auctoris nomine paucis agere mihi liceat. Γεώργιος an Γρηγόριος pro genuino eius nomine habendum sit<sup>4)</sup>, certo quidem dici nequit, cum utrumque ex altero per librariorum neglegentiam oriri potuerit<sup>5)</sup>, potius tamen illud esse ge-

1) Cf. Delehaye, Anal. Bolland., XXVIII, 1909, p. 492 et Weyman, Byzant. Zeitschr., XVIII, 1909, p. 641. — Ac Weyman quidem, cum tres illos codices enumerans, quos esse omnium optimos Compernass censuit, Mosquensem sic laudet: „cod. gr. 5 der Synodalbibliothek von Moskau s. XII“, errorem Compernassii repetere mihi videtur, — nam Georgii sermonem, quo de agitur, solus codex Mosquensis Gr. 217 (olim 221, mox 234) praebet; — iam vero cum Mosquensis Gr. 412 (olim 5), chartaceus, anno 1445 scriptus, Vitam s. Gregorii Theologi a Gregorio presbytero (*Kατσαρείας Καπναδοξίας* addente, ut videtur, codice, — cf. Vladimiri archimandrita e Catalogum, I, p. 614, 67) conscriptam contineat (fol. 396—407), huius codicis numero (antiquiore) illum a Compernassio perperam notatum esse appareat, nisi quidem ipse Weyman erravit.

2) Gregorios' Lobrede auf die 318 Väter des Konzils zu Nikαιa und Konstantin den Grossen, herausgegeben und erläutert von Joh. Compernass, Bonn 1908.

3) Joh. Compernass, Gregorios Presbyter. Untersuchungen zu Gregorios Presbyter, dem Biographen Gregors des Theologen, und zu dem gleichnamigen Verfasser des Enkomions auf die 318 Väter des Konzils zu Nikαιa, Bonn 1907.

4) Namque illud *Ιερμανός*, quod quidem solus, quantum scio, codex Vaticanus 862 (n. 71) praebet, aut merum esse librarii perquam oscitantis errorem aut fere ex male soluto compendio, per quod *Ιεωργίου* scriptum erat (quale videsis in Etymologici Gudiani editione de-Stefaniana, fasc. I, Lps. 1909, p. 126, 1), esse ortum opinor.

5) Apud Ioannem Epiphanensem *Ιηνηγορίῳ* pro tradito illo *Ιεωργίῳ* (p. 376, 15 Dind.) cum Carolo Müller (Fragm. hist. Gr., IV p. 273 col. 2), conl. p. 376, 11 Dind. reponendum esse obiter adnoto.

nuinum equidem existimaverim, quippe quod et longe plures codices et plerumque antiquiores praebeant.

Namque *Γεωργίον* nomine hunc presbyterum nuncupant — unus codex saec. X, qui est Atheniensis, bibliothecae Nationalis, 226<sup>1)</sup>), — quinque codices saec. XI, qui sunt Athous 2030 (monasterii Ἐσφρυμένου 17), Escorialensis Ω. II. 10<sup>2)</sup>), Messanensis 92, Monacensis 146 (a. 1012 scr.), Oxoniensis Laudianus 82; — tres saec. XII — Florentinus Laurentianus 70,23, Mosquensis (n. 69), Romanus Angelicus (n. 70); — quattuor saec. XIV — Atheniensis, bibl. Nationalis, 267<sup>3)</sup>), Athous 1565 (mon. Καραπάλλον 52), Hierosolymitanus Sabaiticus 161, Oxoniensis, Collegii Lincolniensis, D Gr. 1<sup>4)</sup>); — tres saec. XVI — Athoi 1314 (mon. Σιμωνος Πέτρας 46) et 3664 (mon. Διονυσίου 130) atque Patmius 379.

His autem accedit testimonium codicis Atheniensis, bibliothecae Nationalis, 788, saec. XII fere medii<sup>5)</sup>), qui Συναξάριον σὺν Θεῷ ἦτοι Τυπικὸν τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀκολουθίας τῆς εὐαγοῦς μονῆς τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῆς Εὐεργέτιδος continet (fol. 1—179), — eius enim fol. 166 r. haec legimus: *Tῇ κυριακῇ τῶν ἀγίων πατέρων* (scil. τῶν ἐν Νικαιᾳ) εἰς τὸν δρυδὸν . . . . . ἀνάγνωσις, λόγος *Γεωργίον* εἰς τὸν ἄγιον πατέρα, οὗ ἡ ἀρχή· *Πείθεσθε* [leg. *Πείθεσθαι*] τοῖς ἡγονμένοις<sup>6)</sup>.

Iisdem codicibus etiam Vaticanus ille Gr. 862 (n. 71), saec. XI, non temere adnumerari possit, quoniam illud *Γερμανοῦ*, quod prae-

1) Cf. Ioann. Sakkelion et Alcib. Sakkelion *Κατάλογος τῶν κειρογράφων τῆς Ἐθνικῆς Βιβλιοθήκης τῆς Ἑλλάδος* (ἐν Ἀθήναις 1892), p. 43.

2) In aetate huius codicis definienda Moldenhaweri sententiae accedere malui, qui in suo Tychsenique Catalogo supra (p. 38 adn. 2) laudato hunc codicem (a se A. II. 10 signatum) describens haec adnotavit: „M(embranaceus) pag(inis) continuis; quem e char(actere), spirituum figura ac interpunctione s e c. XI ineuntis aut non multum adulsti esse conjicio.“ — Alter Delehaye iudicavit, qui (an Millerum secutus?) hunc codicem saeculo XII exaratum esse ait (Anal. Bolland., XXVIII, 1909, p. 390).

3) Ibid. p. 47.

4) Cf. C. van de Vorst et H. Delehaye, l. c. p. 376 (cod. 468).

5) Sic huius codicis aetatem Ioannes et Alcibiades Sakkeliones l. c. p. 141 definiunt („περὶ μεσοῦσαν ἵσως τὴν ΙΒ' ἐκαπονταετηρούσα“), idque scripturae codicis specimine (tab. III) comprobatur, ut mea quidem fert opinio. — Paulo aliter de hac re iudicavit Dmitrijevskij, etiam ad saeculi XI finem hunc codicem referri posse opinatus (libri supra [p. 61 adn. 2] laudati p. 256: „коща XI или первой половины XII столѣтія“).

6) Dmitrijevskij p. 589.

bet, quin ex *Γεωργίον* potius quam e *Γηγεογίον* corruptum sit, equidem nullus dubito.

*Γρηγορίον* vero nomen praebent ex codicibus, qui mihi adhuc innotuerunt, unus saec. XI, qui est Vaticanus Palatinus (n. 72), — tres saec. XII: Berolinensis 280, Escorialensis Y. II. 3, Oxoniensis Baroccianus 234, — unus saec. XIII: Athous 1087 (monasterii *Παντοκράτορος* 3), — tres saec. XV: Athous 1323 (mon. *Σιμωνος Πέτρας* 55), Athous 2751 (mon. *Δοχειαρίου* 77). Parisinus 772, — ut missum faciam Berolinensem 86, saec. XVII, quippe quem Parisini esse apographum a Luca Holstenio confectum constet<sup>1)</sup>.

Ceterum adiicere haud ab re duco praeter librariorum neglegentiam etiam Gregorii presbyteri<sup>2)</sup> nomen, qui s. Gregorii Theologi Vitam conscripsit, ad nostrum Georgium presbyterum in Gregorium immutandum nonnihil conferre potuisse.

Iam restat, ut pauca de sermonis, quem *Georgius conscripsit, titulo adnotem.*

Ac eum quidem titulum, quem supra attuli (p. 85), plerique codices suppeditant, nisi quod nonnulli *Γηγεογίον* pro *Γεωργίον* praebent; cum tamen ille Monacensis 146, quem anno 1012 scriptum solus Atheniensis 226 aetate superare videtur<sup>3)</sup>, sic sermonem, quo de agimus, inscribat (fol. 316): *Γεωργίον πρεσβυτέρον Καισαρείας Καππαδοκίας Λόγος εἰς τὸν ἀγίους τριακοσίους δέκα καὶ δικτὸν πατέρας τὸν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντας*<sup>4)</sup>, haud scio an hic titulus pro

1) Praeterea commemorare mihi liceat in codice Oxoniensi, bibliothecae Bodleianae, miscell. Gr. 229, chartaceo, saec. XV, foliis 244 v. — 248 sermonem de ieiunio contineri sic inscriptum: *τοῦ ἐν ἡγετισμῷ πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίον πρεσβυτέρον Κεσαρείας Καππαδοκίας λόγος περὶ νηστείας*, — qui sermo in aliis codicibus s. Ioanni Chrysostomo tribuitur et in huius operum editione Monfauconiana, vol. X p. 846 s., in spuriis publicatus est; cf. Cox Catal. vol. I, col. 782, 24.

2) Ac notandum est hunc Gregorium in nonnullis codicibus presbyterum *Καισαρείας Καππαδοκίας* dici, velut in Marciano VII, 34, saec. X—XI (cf. Anal. Bolland., XXIV, 1905, p. 236, 2) et Mosquensi Gr. 412, cuius paulo supra (p. 86 adn. 1) mentionem feci; cf. praeterea codicem Berolinensem Gr. 220, saec. XII, ubi s. Gregorii Vita sic inscribitur (fol. 120): *Γηγεογίον Καισαρείας Καππαδοκίας Εἰς τὸν βίον Γηγεογίον τοῦ Θεολόγου ἐπισκόπου Ναξιανζοῦ καὶ εἰς τὴν τῶν ψυχήσπειρων παρονταῖν.*

3) Quemnam autem titulum hic Georgii codex antiquissimus sermoni praemittat, in Sakkelionum Catalogo supra laudato non enotatum esse valde dolendum est.

4) Eundem titulum praemittunt codices Escorialensis Q. II. 10, nisi quod hic *τιγ'* praebet (cf. Anal. Bolland., XXVIII, 1909, p. 390, 1) atque Mosquensis

genuino sit habendus, ut illa καὶ εἰς Κωνσταντῖνον τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα hisve similia, quae plerique codices, verbis τοὺς ἐν Νικαιᾳ συνελθόντας omissis; suppeditant, non ab ipso Georgio adiecta esse censeamus, — aptissimeque his conferri possunt similia quaedam additamenta, quibus antiquus Vitae s. Silvestri titulus postmodo ab interpolatoribus amplificatur, velut in codicibus Petropolitano Gr. 96 (n. 83) ac Messanensi Gr. 63 (n. 80).

## IV.

Vita s. Silvestri episcopi Romae apocrypha, — cuius tres recensiones potiores in BHG. p. 230 s. notatae sunt, sed plures extare mox infra demonstrabo.

Ac ipse quidem potiores huius Vitae recensiones hoc ordine dispono, singulas Latinis notans litteris.

1. Recensio A, — unde et reliquae omnes recensiones fluxerunt et Constantini Vitae E §§ 107. 108. 110—126 (nimirum Vita C\* intercedente) plerumque ad verbum exscriptae sunt, — nondum edita est, nec ullus codex Graecus totam hanc recensionem suppeditans ad nostram pervenit aetatem, sed eius contextus recensionum BCD ope constituendus vel potius restituendus est, illa Constantini Vita atque Latinis s. Silvestri Vitis antiquissimis, ut par est, adhibitis, — quibus subsidiis fortasse etiam Armenicae s. Silvestri Vitae, sive utraque recensio seu sola amplior<sup>1)</sup>, nec non Syriacae interpretationes adiungendae sunt.

2. Recensio B, — cui secundus quidem locus in BHG. p. 230 s. (nn. 1631. 1632) adsignatus est, primum recensione C obtinente, ego tamen earum alteram in alterius locum transpono, id praeter alia respiciens, quod in illa Vitae parte, quae in Constantini Vita E exscripta est, B saepius quam C cum Vita Constantiniana consentit. — Haec recensio nondum edita est,

(n. 69), nisi quod hic κατὰ Ἀρείου τοῦ δυσσεβοῦς post συνελθόντας de suo vide-licet addit. — Occasione oblata adnoto Analectorum Bollandianorum l. l. dictum esse Georgii sermonem in codice Escorialensi foliis 58—60 v. contineri; in horum tamen alterutro numero errorem aliquem latere suspicor, cum nec tribus tantummodo foliis totum istum sermonem capi posse pateat nec fine mutilum eum esse aut lacuna quadam in media parte laborare ibidem notatum sit.

1) Cf. Г. Х а л а т ь я н цъ Армянские Аршакиды въ „Истории Армении“ Моисея Хоренского. Часть I (Москва 1903), p. 166 s., ubi aliquot utriusque recensionis loci Rossice redditii adferuntur.

nisi quod nonnullos eius locos Lambecius e codice Vindobonensi hist. Gr. 38 Ness. (31 Lamb.), chartaceo, saec. XV, atque Combefisius ex Parisino Gr. 1448, membraneo, saec. X, protulerunt<sup>1)</sup>.

Praeter codices modo laudatos atque alios haud paucos, quos hoc quidem loco enumerare, ut par est, supersedeo, hanc recensionem etiam Petropolitanus Gr. 96 (n. 83) suppeditat.

3. Recensio C, — cui primum locum in BHG. (nn. 1628—1630 p. 230) adsignatum esse iam norunt legentes, — iam dudum tota est edita, et quidem (C<sub>1</sub>=BHG. nn. 1628. 1629) a Combefisio Parisiis primum anno 1659, iterum anno 1660<sup>2)</sup> ad fidem codicis Parisini Gr. 513, saec. X, hic illic etiam Parisino Gr. 1448 adhibito, quem quidem ad recensionem B pertinere paulo supra notavi, — atque (C<sub>2</sub>=BHG. nn. 1628. 1630) a B. Sarkiseano Venetiis annis 1893 et 1894<sup>3)</sup> — videlicet ad fidem codicis Marciani VII. 25, membranei, saec. XII—XIII<sup>4)</sup>, qui eundem fere Vitae s. Silvestri contextum atque Parisinus Gr. 1449, membraneus, saec. XI, continere videtur.

Hanc quoque recensionem (C<sub>1</sub>) non pauci praebent codices, ad quos etiam Mosquensis 379 (n. 82) atque Messanensis 87 (n. 81) pertinent.

4. Recensio D, — quae mixta dici potest, utpote partim e C, partim ex B orta. Huc pertinere videtur codex Vaticanus Gr. 1638, membraneus, saec. XI<sup>5)</sup>. Ceterum haud scio an hoc etiam tota illa recensio C<sub>2</sub> referenda sit.

5. Recensio E — *Bios καὶ πολιτεία τοῦ ἐν ἀγίοις<sup>6)</sup> πατρὸς ἡμῶν Σιλβέστρου πάπα Ράμης*, cui titulo *συγγραφεὶς παρὰ τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου ἐν μοναχοῖς κνοοῦ Ιωάννον τοῦ Ζωναρᾶ* codex Athous Vatopedinus 428, chartaceus<sup>7)</sup>, addit<sup>8)</sup>.

Haec Vita — tertio loco in BHG. commemorata, p. 231 nn. 1633

1) Lambecius-Kollar, VIII, 683 s.; Combefis Illustrium Christi martyrum lecti triumphi (Parisiis 1660), p. 337 s.

2) Harum utraque editio in BHG. p. 230 indicata est.

3) Huius quoque viri doctissimi utramque editionem indicat BHG. p. 230.

4) Cf. Anal. Bolland., XXIV, 1905, p. 225,5 atque Ioannis Hagioeliteae de passione s. Basillii presbyteri Ancyrani narrationis a me editae (Iurievi Livornorum 1907) praefat. p. XIV adn. 44.

5) Cf. CHV. p. 144, 3.

6) *δόσον* pro illis ἐν ἀγίοις solus codex Vaticanus Gr. 1190 praebet.

7) Cf. Schmittii Catalogum supra (p. 3 adn. 1) laudatum, p. 293 (n. 231), qui tamen vir doctissimus codicis aetatem non definit (p. 265).

8) Cf. praeterea „Roma e l’Oriente“, III (fasc. 35—36), 1913, p. 334.

et 1634 (ubi *Κυρίωνι pro Καρίωνι* legendum esse obiter moneo), — ex recensione B profluxit, eiusque conscriptor de suo sola capita primum et postremum dedit, ac in hoc quidem capite haec maxime notanda sunt de s. Silvestro dicta: *ελτα καὶ τῇ βασιλίσσῃ συναποδημήσας εἰς Ἱερονσαλήμ καὶ ἐπὶ τῇ τοῦ σωτηρίου σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ ξητήσει συμπτονήσας αὐτῇ καὶ ἐπὶ τῇ εὑρέσει συνενφρανθεὶς, καὶ πολλοὺς κάκει (κακεῖ ed.) τῶν Ἰουδαίων τῇ πίστει προσαγαγὼν τοῦ Χριστοῦ καὶ τελέσας αὐτοὺς τῷ θείῳ βαπτίσματι ἐπὶ τῷ τῆς ἀγίας Τριάδος ὄνόματι, κτλ.*<sup>1)</sup>.

Edita est anno 1913 exeunte in ephemeride „Roma e l’Oriente“ inscripta, vol. III p. 340—367, ad fidem codicum Vaticanorum Gr. 816 et 1190, quorum hic anno 1542, ille anno 1371 scriptus est. Praeter hos atque Athoum Vatopedinum 428 supra laudatum eandem Vitam praebent etiam codex 10 monasterii SS. Deiparae in Chalce insula, membraneus, saec. XII<sup>2)</sup>, et Parisinus Coislinianus 307, chartaceus, anno 1552 exaratus<sup>3)</sup>.

6. Recensio F, — cuius initium solum superesse videtur, „codice“ Berolinensi Gr. 269, membraneo, saec. XII, servatum: iste enim „codex“ Berolinensis solo constat folio, quod e codice quodam Sinaitico avulsum est; ubinam vero terrarum hic Sinaiticus nunc delitescat, nescio. Quae illo folio superstite leguntur, ab Alberto Masing viro doctissimo meum in usum anno 1907 diligentissime transscripta sunt, eaque hic proferre mihi liceat.

*Bίος καὶ πολιτεία  
τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Σιλβέστρου  
ἀρχιεπισκόπου Ῥώμης.*

Καὶ πάντων μὲν τῶν ἀλλων ἀγίων τὸν θεάρεστον βίον τοῖς εὖσεβέσι διεξιέναι λυσιτελές καὶ ὠφέλιμον, λυσιτελέστερον δὲ οἷμαι πολλῷ καὶ ὠφέλιμώτερον καὶ<sup>4)</sup> τὰ κατὰ τὸν μέγαν τούτον Σιλβεστρον δοῦναι γραφῆ, παράκλησιν ὑπάρχοντα μεγίστην πρὸς ἀρετὴν καὶ πρὸς δόξαν Θεοῦ ἀγειν δυνάμενα τοὺς ἀπούσοντας. δσῳ γὰρ αὐτὸς | τῶν λοιπῶν col. II

1) Cap. 37 p. 367 editionis mox infra laudandae.

2) Cf. Anal. Bolland., XX, 1901, p. 51, 20.

3) Cf. CHP. p. 317, 3.

4) Hanc voculam equidem secluserim.

νόπερέλαμπε βίω τε καὶ λόγῳ καὶ τοῖς ὑπὲρ τῆς εἰς τὸν Χριστὸν εὐσεβείας καὶ πίστεως στερροῖς ἀγωνίσμασι, τοσούτῳ δὴ η̄ θεοτεροπής αὐτοῦ πολιτείᾳ προκειμένη τοῖς φιλαρέτοις εἰς τε διήγησιν καὶ ἀκρόσιν ἀφθονωτέραν καὶ μείζονα δωρήσεται τὴν ὁφέλειαν. δι’ αὐτοῦ γάρ η̄ χριστιανῶν ἐπαρρησιάσατο πίστις καὶ γῆς<sup>1)</sup> ἀπ’ ἀκρων ἀρξαμένη ἔως ἀκρωγή<sup>2)</sup> | ρωγ. 2 ζων αὐτῆς ὥφθη<sup>3)</sup> | διήκονσα, καὶ ὅπως, προσὶ ὡν ὁ λόγος δηλώσει, οὐδὴ καὶ ἀρχὴν ποιητέον τὴν πρὸς τὸν βίον αὐτοῦ<sup>4)</sup> τοῦ μεγάλου παραγωγή<sup><ν></sup><sup>4)</sup>.

Σίλβεστρος τοίνυν ὁ θεῖος τὴν πρεσβυτέραν καὶ βασιλίδα Ῥώμην ἐνεγκοῦσαν ἔσχε καὶ θρεψαμένην <ἔξ> αὐτῆς<sup>5)</sup> γάρ ὁρμῶντο οἱ τούτον κατὰ σάρκα γεννήτορες, περιφανεῖς δύντες τό τε γένος καὶ τὴν εὐσέβειαν, ἢ καὶ τὸν οὐδὲν οἴα γάλακτι τιθηνεῖσθαι βουλόμενοι ἐπὶ νέφῳ πάνω καὶ ἀπαλῷ σώματι τοῦ θείου καταξιοῦσι βαπτίσματος, ἐν παιδείᾳ καὶ νονθεσίᾳ Κυρίου καὶ μαθήμασιν ἐκπονοῦντες αὐτόν.

οὐπώ δὲ τὴν φρονοῦσαν ὁ παῖς ἐλάμβανεν<sup>6)</sup> ἡλικίαν, καὶ οἱ γονεῖς col. II αὐτῷ<sup>7)</sup> τοῦ τῆδε βίον μεθίσταντο. ὁ δὲ τῶν | γεννητόρων ἔρημος καταστὰς οὐδὲ μεν οὖν<sup>8)</sup> ἀνάξιόν τι τοῦ γένοντος καὶ τῆς τούτων λαμπρότητος, οἴα παῖς, ἐννοησαι ἡθέλησεν ἢ καταπράξασθαι, ἀλλὰ τῷ μακαρίῃ Κυρίνῳ τὸ<sup>9)</sup> τηρικαῦτα τὸν ἀποστολικὸν θρόνον τῆς Ῥωμαίων κοσμοῦντι πόλεως<sup>10)</sup> φέρων ἔαντὸν ἐγχειρίζει, πρὸς δὲ καὶ τὸν πατρικὸν ἄλαντα πλοῦτον, ἀλλὰ δὴ καὶ τὸν οἶκον αὐτὸν, καὶ τοῦτον ἔχων τῶν πρακτέων καθηγητὴν πάσης οἰκος ἀρετῆς ἔχρημάτισε.

κατ’ ἐκεῖνο δὲ καιροῦ τῆς εἰδωλολατρίας ἐπικρατούσης καὶ χριστιανῶν πάντων ἀρνεῖσθαι τὴν εὐσέβειαν ἀναγκαῖομένων θάνατόν τε δεινὸν δι’ αὐτὴν ὑπεχόντων τὸ ἐπιτίμιον . . . . .

Metaphrasteo quidem stilo hanc Vitam scriptam esse nemo non videt; num tamen ipsi Symeoni Metaphrastae tribuenda sit, subdu-

1) γῆς scripsi: τῆς | cod.; — τῆς <γῆς> quoque reponi possit, sed illud praestare videtur, cf. Marc. 13, 27 atque Matth. 24, 31.

2) ὥφθη cod.

3) αὐτῇ τὴν (sic) cod.

4) παραγωγὴ | cod.

5) ἔξ supplevi; | αὐτῆς cod.

6) ἐλάν|βανεν cod.: corr. Masing.

7) αὐτῷ cod., quod vix est ut in αὐτοῦ corrigitur.

8) sic cod., quae retinere malui.

9) τὸ cod., idque in τῷ mutare minime necessarium esse opinor.

10) Notandum est hunc Quirinum in omnibus, quos quidem novi, codicibus presbyterum dici — praeter hunc atque Mosquensem (n. 82), qui et ipse de Κυρίνῳ τῷ ἐπισκόπῳ loquitur.

bitari posse vix quisquam, opinor, negabit, si in solo eam codice extare (vel potius exstitisse) respexerit. — Ceterum, quisquis eam conscripsit, aliquem recensionis C codicem illi Mosquensi (n. 82) videlicet simillimum adhibuit, ut mea quidem fert opinio, — cf. quae paulo supra de Quirino „episcopo“ adnotavi (p. 92 adn. 10).

7. Recensio G, — quae perpaucis codicibus servata est, ac mihi quidem adhuc tres tantummodo innotuerunt, quorum duo — Messanensis Gr. 63 (n. 80), saec. XII, et Escorialensis Ω. I. 14, eodem fere saeculo aut forsan XI-mo exaratus<sup>1)</sup>, sic inscribunt: *Toῦ ἐν ἀγίοις πατρὸς ἡμῶν Εὐσεβίου ἐπισκόπου λόγος*<sup>2)</sup> εἰς τὸν ἄγιον Σιλβεστρον πάπα<sup>3)</sup> Ὦρωμης, περὶ τοῦ δόγματος τῶν ἁββίδων καὶ εἰς τὰ θαύματα καὶ τὰς λάσεις Κωνσταντίνου τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως, — tertius vero isque longe recentior, qui est Marcianus VII. 41, chartaceus, saec. XVI, talem praemittit titulum: *Bios καὶ πολιτεία τοῦ ἐν ἀγίοις πατρὸς ἡμῶν Σιλβέστρου ἐπισκόπου Ὦρωμης εἰς τὰ θαύματα καὶ λάσεις Κωνσταντίνου τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως τοῦ μεγάλου*<sup>4)</sup>.

Huius Vitae — nondum editae — conscriptor recensionem B breviter enarravit et post prooemium brevissimum inseruit „Visio nem Constantini“ (BHG. nn. 396 p. 57), itidem a se enarratam.

Ex recensionibus supra enumeratis ego quattuor, quas siglis ABCG notavi, editurus sum, codicibus aliisque subsidiis criticis, quaecumque mihi praesto sunt eruntve, adhibitis.

1) Hunc codicem (paulo aliter eum notans — A. I. 14) ad saeculum XI refert M o l d e n h a w e r in suo Tychsenique Catalogo iam saepe supra laudato („charactere pleno eoque rotundo ac tereti constans; seculo XI ut puto exaratus“), D e l e h a y e autem, videlicet Millerum ſecutus, saeculo XIII tribuit (Anal. Bolland., XXVIII, 1909, p. 388). — Ibid. p. 389, 4 minus recte significavit vir clarissimus hoc codice (fol. 87 v.—95 v.) eandem s. Silvestri Vitam atque codice Escorialensi Y. II. 4 (fol. 1—19 v.) contineri, nimirum ea re deceptus, quod Vita G iisdem ferme verbis incipit atque Vita B, quam codex Y. II. 4 praebet.

2) Propter haec verba conferendum est initium tituli recensionis B, quem plerique codices ad hanc recensionem pertinentes praebent, veluti Petropolitanus (n. 88).

3) Sic uterque codex exhibit, vixque esse opinor, ut πάπα<ν> reponatur.

4) Propter hunc autem titulum conferatur quaeso is, quem codex Vaticanus Gr. 2084, saec. X, — a d r e c e n s i o n e m C p e r t i n e n s , — p r a e m i t t i t : *Bios καὶ πολιτεία τοῦ ὄστον πατρὸς ἡμῶν Σιλβέστρου ἐπισκόπου Ὦρωμης <καὶ suppleo> διήγησις περὶ τῶν θαυμάτων καὶ λάσεων τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου* (Anal. Bolland., XXI, 1902, p. 20, 2).

## V.

Ioannis Rhodii monachi de s. Artemii martyris passione narratio amplissima, — quae in edenda Constantini Vita B non semel est respicienda, quoniam Ioannes quoque in hac narratione conscribenda Philostorgii Historiam Ecclesiasticam adhibuit.

Hanc narrationem iam dudum quidem, non satis tamen accurate Angelus Mai ad solius fidem codicis Vaticani Palatini Gr. 4, saec. XII, primus totam edidit<sup>1)</sup>. Deinde anno 1889 nonnullos locos Philostorgianos ex eadem excerptos protulit R. P. Petrus Batiffol, codicibus Parisinis usus<sup>2)</sup>. Denique anno 1913 omnia fragmenta Philostorgiana indidem excerpit eaque (aliis quoque locis in append. I et II adiectis) optime, ut solet, publicavit Iosephus Bidez in sua Philostorgii editione; qui vir clarissimus et codicum, quibus haec narratio continetur, potiorum plerosque adhibuit et de eorum inter se ratione scitissime disseruit<sup>3)</sup>.

Ipse totam hanc Ioannis Rhodii narrationem potissimum ad fidem codicis Parisini 1510 (n. 77), — quem „die interessanteste HS“ iusto iure Bidez dicit<sup>4)</sup>, — recensebo, adhibitis etiam Parisino 1546 (n. 78) et utraque interpretatione Slavica iam publicata (in Magni Menologii Macariani m. Octobr. editione Petropolitana) aliisque subsidiis suo loco ac tempore enumerandis.

## VI.

S. Artemii martyris Acta Graeca apocrypha<sup>5)</sup>, — quae Ioannes Rhodius in sua narratione conscribenda praeter Philostorgium aliosque scriptores adhibuit.

Horum Actorum tres exstant recensiones, quarum primam (A) eamque ad commune archetypum (A\*) proprius, quam reliquae, accendentem praebet codex Berlinensis Gr. 279, convol. I (fol. 54 col. II — fol. 56 col. II), membraneus, saec. XI; —

1) Spicilegium Romanum, vol. IV (Romae 1840), p. 340—397. Hanc editionem postea repeterunt socii Bollandiani (*Acta Sanctorum*, Octobr. vol. VIII p. 856—884) atque Migne, P. G. XCVI, 1251—1320.

2) Röm. Quartalschrift, III, p. 252 ss.

3) L. c. praefat. p. LXIV ss.

4) Ibid. p. LXIV.

5) Apocrypha esse ista quoque Acta nec maiorem iis fidem quam illis Eusignianis habendam esse reor, alibi de hac re uberioris acturus.

secundam (B) duo codices suppeditant, qui sunt Oxoniensis bibliothecae Bodleianae Clarkianus Gr. 43, membraneus, saec. XI vel XII<sup>1)</sup>, fol. 62—64<sup>2)</sup>), et Parisinus Gr. 769, chartaceus, saec. XIII<sup>3)</sup>, fol. 153—157; —

tertiam (C) denique solus Parisinus Gr. 1468, membraneus, saec. XI, fol. 150—152 v., servavit. Amplificatam esse istam tertiam recensionem vel titulus ipsius — *Μαρτύριον τοῦ ἀγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος καὶ θαυματοργοῦ Ἀρτεμίου* — docet cum reliquarum (AB) titulo simpliciore conlatus (*Μαρτύριον τοῦ ἀγίου καὶ ἐνδόξου μάρτυρος Ἀρτεμίου*), ac de suo quidem amplificasse conscriptorem demonstrat ineptissimum eius additamentum, diductis litteris a me notatum, p. 167, 13 s. (ed. Bidez.): *Συνέβη δὲ αὐτὸν* (scil. Iulianum) *κατελθεῖν ἐπὶ τῷ τῶν Κηλικῶν ἔθνος ἐκπολεμῆσαι αὐτούς*, ubi AB haec praebent (p. 167, 1 s.): *οὗτος*<sup>4)</sup> (οὗν addit A) ὁ Ἰουλιανὸς ἐμμανῆς γενόμενος καὶ πλήρης<sup>5)</sup> οἰκον ἑαυτὸν τοῦ δαιμονος καταστήσας κατέβη ἐπὶ τῷ Κυλικὸν — sic B (vel potius librarius codicis C), ἐπὶ τῷ τῶν Κηλικῶν<sup>6)</sup> A — *ἔθνος*.

Ceterum istius C conscriptorem non ubique amplificasse, verum etiam quaedam archetypi verba hic illic omisisse idem locus modo prolatus ostendit. — His autem novum exemplum adiungere mihi liceat illustrans, quam temere idem conscriptor exemplaris sui contextum locis plus minus corruptis de suo corrigere ausus sit: p. 169, 6 s. *τις σε ἐν τῷ καλονύμενῳ ἦν οὐ τῇ πόλει* (sic B, unde † ἦν scripsit Bidez, scilicet cruce locum corruptum notans, — *ἐν τῇ καλονύμῃ* Ἡλιον πόλει A, unde archetypi lectionem *ΗΛΙΟΥ* pro

1) Cf. C. van de Vorst et H. De le h a y e Catal. p. 351 (cod. 433), ubi typotheta „saec. XII—XII“ male dedit.

2) Cf. ibid. p. 353, 13.

3) Hic codex in CHP. p. 32 „exaratus saec. XIII et XIV“ dicitur ac deinceps notatum est „folia 169—192 alio ex codice desumpta“ esse, unde priorem partem codicis (fol. 1—168) ad saec. XIII, posteriorem ad saec. XIV referendam esse colligo.

4) *Οὗτος* minus recte scripsit Bidez (codice Parisino 769, quem C littera notat, deceptus): hinc enim incipere enuntiatum cum praecedentibus coniungendum A docet. Ceterum quoniam *οὗτως* (sic) scriptum est in codice B(erolinensi), etiam de *οὗτως* reponendo cogitari posse videtur.

5) Reposui hoc πλήρης ex A et B (πλήρης C), — πλήρη Bidez perperam, cf. Bla s s Gramm. des Neutestam. Griechisch, ed. II, p. 84, § 31, 6.

6) *κιλείκων* cod. B.

*HNOY* recensionis **B** auctorem habuisse apparent) ἐσκέπασε διὰ τὴν ἀνταρσίαν σον **AB**, — p. 169, 28 s. τις σε ἐν τῷ καλούμενῳ Ἰλαριῷ τῇ πόλει ἐσκέπασεν ἀπὸ τῶν κακῶν τῶν ἐπελθόντων σοι<sup>1)</sup> διὰ τὴν ἀνταρσίαν σον **C**.

Quae cum ita sint, in archetypi (**A\***) contextu restituendo longe minorem fidem isti **C** quam reliquis recensionibus habendam esse apparent, fallique censeo Bidezium, — qui **B** ad fidem codicis **C** atque **C** ad fidem codicis **D** (Parisini 1468) primus publicavit<sup>2)</sup>, — haec adfirmantem: „Im allgemeinen ist es die ältere HS, D, die den wenigst veränderten Text aufweist“<sup>3)</sup>, — si quidem his verbis significare voluit vir clarissimus recensionis **C** contextum propius quam **B** ad archetypum accedere.

Nec adsentiri eidem viro clarissimo possum sic deinceps disserenti: „Was man mit Hilfe dieser handschriftlichen Zeugen zu erstreben hat, ist nichts anderes als ein leidlich lesbarer Text (vgl. oben S. XLV). Es würde ein schwerer Fehler sein, wollte man den Ueberresten dieses kunstlosen *ὑπόμυημα* Gewalt antun, um ein korrektes Griechisch zu erlangen“<sup>4)</sup>, — sed de hac re uberior alibi agam.

Ipse horum Actorum recensiones **A** et **B** sum editurus, et ad huius quidem (**B**) contextum constituendum Clarkianum quoque illum codicem (Gr. 43) perperam a Bidezio spretum adhibebo<sup>5)</sup>. Postmodo autem etiam ipsius archetypi (**A\***) contextum restituere conabor, idque recensionum **ABC** atque Ioannis Rhodii narrationis ope iam haud ita difficile factu fore opinor.

Iam restat, ut grato animo commemorem e codice Berolinensi Gr. 279, quo duce optima illa recensio (**A**) mihi edenda est, haec Acta meum in usum anno 1907 Albertum Masing virum docissimum diligentissime transscripsisse.

## CAPVT IX.

At neque „Vitam et passionem s. Luciani martyris“ (cf. n. 74) edere mihi in animo est, — quoniam et antiquiorem et

1) Haec quoque eundem de suo adiecisse vix est quod moneam.

2) Philostorgius Kirchengeschichte hgg. von J. B i d e z , p. 166—175.

3) Ibid., praefat. p. LXVIII.

4) Ibid. p. LXVIII.

5) Huius enim codicis ectypa solis ope facienda me nancturum esse spero.

Metaphrasteam huius narrationis recensionem optime Bidez publicavit<sup>1)</sup> , — nec sermonem supra laudatum (p. 36 adn. 5), qui *Εἰς τὴν μνήμην τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου* inscribitur, neque Slavicam eius interpretationem (n. 92), pleniore titulo instructam, publicare operae pretium esse censeo, — quippe qui sermo perquam singularis eo potissimum nomine notabilis sit, quod de ipsis quidem ss. Constantino et Helena in eo fere nihil agitur.

Quod ut clarius legentes perspicere possint, haec enotare satis habeo, sola scilicet sermonis illius interpretatione adhibita, quoniam contextum Graecum nancisci nondum potui<sup>2)</sup>.

Codicis Mosquensis (n. 92) folio 575 r. post huius sermonis Slavice redditum titulum, diei nota (Maii 21) praemissa, minio scriptum — Мъсца Маѧ ꙗ. Пооученіе на память с(в)т(а)го и равноапостоломъ<sup>3)</sup> царя Константина и матери его Елены — statim sic (in ipso codicis contextu) lector monetur:

Ищі сего пооученіа: Мъсца Но́вобра́тії. На памятъ с(в)т(а)го отца нашего Иоанна Злат(а)устаго<sup>4)</sup>,

1) L. c. p. 184—201.

2) In Aem. Martini Catalogo supra laudato (p. 36 adn. 5), vol. I, 2 p. 230 haec tantummodo notata sunt: „35. (c. 125—28.) εἰς τὴν μνήμην τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. Com.: Ἐπεν δὲ Κύριος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ἐγώ εἰμι ἡ θύρα Ε συντινα in parte come il num. 31.“ Cf. ibid. p. 229: „31. (c. 116—18 v.) εἰς τὴν μνήμην τοῦ ἐν ἀγίοις πατρὸς ἡμῶν ἴωάννου ἀρχιεπισκόπου κωνσταντινουπόλεως τοῦ χρυσοστόμου,“ — qui sermo iisdem illis verbis incipit.

3) Sic (равноаппомъ.) cod., idque etiam in contextu semel invenitur (p. 98 adn. 8), sed utrubicue равна апостоломъ (aut равноапостола?) equidem

scripserim, conl. illo ~~ръкни~~ апѣю, quod infra legitur (fol. 576 r., sub finem). — Ceterum cf. Vitae N titulum, qualem praebet codex Petropolitanus bibliothecae Caesareae Publicae Pogodinianus Slav. 800, saec. XVII, fol. 269: Мъсца Маѧ въ ꙗ д(ь)нь, (Память) святыхъ боговѣнчанныхъ равноапостоломъ цара Константина и христолюбивыя матере его Елѣны, ubi quidem illud равноапостоломъ vix est immutandum.

4) Hunc sermonem idem codex fol. 449—457 v. praebet, Мъсца того же [i. e. Novembris] ꙗ. Пооученіе <на память ex fol. 575 r. supplendum> отца нашего Иоанна Злат(а)устаго. Евангеліе от Иоанна <10, 7, 9> praemissis, sic incipientem: Рече Господь ученикамъ своимъ: „Азъ есмь дверъ, мною аще кто внидет, спасется, и внидет и изыдет, и пажитъ обращет.“ Толкъ [haec vocula in margine minio per compendium scripta est]. Дверь себе нарицает Господь, показаа свою власть и господьство, понеже бо достойных приемлет, недостойным же затворяет вхожение, et q. s.

емо уже начало: „Рече Господь своим ученикам: Азъ есмъ дверь, мню аще кто внидетъ.“

Рцы все по ради доселѣ<sup>1)</sup>: „И хвалимся паче о надежи бывающих благых даемых нам, аже оубо<sup>2)</sup> и дана боудут<sup>3)</sup> непреложно без сомнінія<sup>4)</sup>, въ славоу Божію свіца<sup>5)</sup>.“

Таже рцы сей конец пооученіа: „Обаче же, Владыко Христе Боже нашъ, Божіе Слово и Сыне, агньче пречистыи<sup>6)</sup> и священныи, телецъ непорочныи, иже премногыи<sup>7)</sup> ради благостина архіереи нашъ быти изволивши, иже различными лики оукрасивши святою си Ц(е)ркви, юже честною си кровию искупилъ еси, дароуи нам присно с(в)а(т)а го Твоего и преславнаго цара и равноапостолом<sup>8)</sup> Константина  
f. 575 v. памят(ъ) духовно праздновати и съ преподобіемъ въспомінати его и всѣхъ святыхъ и православныхъ цареи и пастыр(ъ), право исправлшыхъ слово истины Твою и просвѣщихъ насть, ихже наставилъ еси на пристанище хотѣніа Твоего и прославилъ еси достоинно, понеже и вѣніи Тебе прославиша.

Сподоби же <и><sup>9)</sup> нас молитвиши ихъ и моленіи, паче же почитаемаго ради д(ъ)н(е)сь свѣтилища и цара и здателя храма сего, работающаго Тебѣ, и по духу отца нашего <и><sup>10)</sup> православныхъ царіи Твоихъ, непорочно и невредимо жити, да же<sup>11)</sup> съ страхомъ Тебѣ работающе обращемъ коупно с ними юже отъ Тебе бл(а)г(о)д(а)ть и человѣколюбіе и многое милосердіе Твоє и ми-

1) Verba, quae deinceps laudantur, fol. 456 v. leguntur.

2) Нос оубо fol. 456 v. omissum est.

3) воудеть f. 456 v.

4) Pro без сомнінія f. 456 v. и бмоудль praebet.

М

5) сочны f. 456 v.

6) и сїе агньце, пречистыи cod., minus recte interpungens; cf. p. 100 adn. 3.

Ж

7) | пре ех и corr. in cod.

М

8) фикноліфъ cod., — cf. supra p. 97 adn. 3.

9) Hanc voculam, quam ante insequentem litteram facillime intercidere potuisse patet, ex altero illo sermone (fol. 457 r.) supplevi.

10) Нос loco и de coniectura supplevi, quod et ipsum per similem librarii errorem haplographicum perfacile omitti potuisse apparerat.

11) даме cod.; cf. p. 99 adn. 9; p. 100 adn. 6; p. 101 adn. 1.

лостыню. Вселиса<sup>1)</sup> в нась, молимся, и ходи в нась, благы Господи, и мира Своего оумири, Ц(е)рковь Свою оутверди, благовърномоу кнѧзю нашемоу и върномоу рабоу Своемъ на съпостаты дароуи побѣды, даи же емоу здравіе крѣпко и цѣлбоу непоколеблемоу, избавляй<sup>2)</sup> от всякого страженія и недѣжнаго прихода f. 576 г. женія, даи же глаголы благы въ с(е)рдицѣ<sup>3)</sup> его о Ц(е)ркви Своей и о всѣх людех Своихъ, дароуи емъ мирно царствіе, и боларе его в послушаніи и страсѣ, и в' вѣре православной, <и><sup>4)</sup> немздопріемных <съблюди><sup>5)</sup>, храни волъ его въ всѣх мзыцѣхъ съпостатых<sup>6)</sup> и на святыи и на морѣ оукрѣпи, и испльни его дльготою д(ы)ни, и дароуи емъ видѣти сыны сыновъ своихъ, и онѣмъ пакы сыновъ сыны, на оустроеніе и оутвръженіе наслѣдію Твоемоу, въздаи же имъ богатнаа и небеснаа дарованіа, дароуи имъ съ земнымъ симъ царствіемъ и небесное, съ привременнымъ симъ и вѣчное, съ тлѣннымъ и нетлѣннаа. Людіи Своихъ въ ломадріи и благоразумѣніи и покореніи пребывать настави, и всѣх спедшихся на святыи сеи праздникъ па похваленіе и славу<sup>7)</sup> и честь святыхъ и преславныхъ царен и равныхъ апостоломъ Константина и Елены, кнѧзя и люди, архиеремъ же і иереса, волъ и препростыя, черньца и бѣл'ца, мажжа же и жены, и всакий възрастъ, помилки и посты и съхрани и f. 576 в. съблюди выше всякого находа и злобы борющыхъ нась видимыхъ і невидимыхъ<sup>8)</sup> врагъ, да же<sup>9)</sup> о Тебѣ Цари нашемъ и Босѣ веселѧщеся прославляемъ<sup>10)</sup> Та подателя всѣмъ благымъ съ без-

1) **мѣтыню вселї** cod., sine ulla scilicet interpunctione.

2) **избавляй** cod.

**А**

3) **сѣры** (sic) cod.

**Д**      **Х**

4) Hanc voculam supplevi; **православион.** | **не мѣдопріемны.** cod.

5) Hanc vocem ex. gr. supplevi, quoniam немздопріемных храни, волъ его cett. scribere minus placet.

6) Sic codex praebet; an съпостат<ън>ых potius legendum est?

7) **и сѧк** in contextu omissum in margine addidit librarius.

8) **и невидимыхъ** pr. omisit librarius.

**Ж**

9) **да** cod.; cf. p. 98 adn. 11.

10) **прославляемъ** (sic) cod.

началным Ти Отцем и животворящим Духом Твоимъ, нынѣ и присно и в' вѣкы вѣкомъ, аминь.“

Iam vero, quomodo quantumque prioris illius sermonis clausula sit immutata, ut legentes perspicere possint, eam quoque integrum proferre mihi liceat, potiorem quidem inter utrumque discrepantiam d i d u c t i s litteris significanti.

Post illa igitur и отноудъ въ славоу Божю соущым<sup>1)</sup> sic pergit codex (fol. 456 v.): Обаче же, ο<sup>2)</sup> Владыко Христе Боже нашъ, Божіи Сыне и Слово, агньче пречистыи, архіерею<sup>3)</sup>, телецъ непорочныи, иже преоумноженіа ради благостиꙗ архиерѣи намъ быти въ скотѣль еси, иже различными лики оукрасиль еси святою Ц(е)рковь Свою, еаже честною си кровю искоупил еси, дароуи намъ присно свят(а)го Ти патріарха и пастыра и оучитела нашего Иоанна Златаустаго памят(ъ) духовно празновати и преподобно въспоминати его и всѣхъ святыхъ пастыр(ъ) и оучитель нашихъ, право исправл'шихъ слово истинныи Твоеа f. 457 г. и просвѣщышыхъ нась, их'же наставил еси на пристанище хотѣніа Своего и прославил еси достоинно, понеже и ти<sup>4)</sup> прославиша Тебе.

Сподоби же и нась молитвъ ради ихъ, паче же и<sup>5)</sup> настоаща го ради д(ъ)н(е)съ свѣтилиника и оучитела нашего, непорочно и невредимо ходити, да же<sup>6)</sup> съ страхомъ Ти поработавшіи полчимъ квпно с ними юже от Тебе благод(а)ть и человѣколюбіе и многое Ти милосердіе и помилованіе. Вселиса в нась, молимса, и види и исходи, благыи нашъ Господи, и мира Своего оумири, Ц(е)рковь Свою оутверди, благовѣрномоу царю нашемоу и вѣрну рабоу Твоеому на съпостаты побѣды дарви, събирающиихся народа въ святою ц(е)рковь Твою на прославленіе Твое и поющыхъ и кланяющихся благо-

1) Cf. supra p. 98 adn. 4 s.

2) Нос ο fol. 575 г. omissum est.

3) слово | агньче. прѣтын архіерею. cod.; cf. p. 98 adn. 6.

4) ти cod.

5) Нос и omissum est fol. 575 v.

ж

6) да cod.; cf. p. 98 adn. 11.

слови молитвами преблагословенна и пречистыѧ  
Ти Матере, да же<sup>1)</sup> о Тебѣ Цари и Богъ нашем весе-  
лащесѧ прославляемъ Тѧ, въсъмъ благымъ подателѧ нам  
свѧща, съ беззначимымъ Отцемъ Твоимъ | и животворящимъ f. 457 v.  
Духомъ Твоимъ, нынѣ и присно и въ вѣкы вѣкомъ, аминь.

Denique ipsius sermonum sylluges, quae hoc continetur codice,  
titulum proferre haud ab re duco hunc (fol. 6 r.): Пооученіа  
избран'наа различными<sup>2)</sup> премоудрыми моужими от свят(а)го  
Еваггелія и от многых божественных писаніи и от Злат(а)устаго,  
глаголемаа от архiereа изъ оусть въ вскою недѣлью на пооу-  
ченіе хрістоименитим людем, также и на Господьскыя празд-  
ники, преложена съ гречьскаго языка на роус(ь)-  
скыя книги в лѣто 6851, индикта въ 11, — quippe  
qui hanc syllogen anno mundi 6851 indict. XI, i. e. intra  
Sept. 1 anni 1342 et Aug. 31 anni 1343, ex Graeco  
translatam esse doceat.

Nec tamen silentio praetereundum est in huius sylluges indice  
(fol. 1 r.—4 r.): Сказаніе извѣстно еже о главизнах книги сеа,  
недѣлнаго еваггелія (fol. 3 r. extr. праздничны; еваггеліа), —  
non esse nisi 75 sermones enotatos, qui fol. 6 r. — 574 v. leguntur,  
reliquis duobus (fol. 575 r.—586 r.), quorum alter est ille sermo in  
memoriam ss. Constantini et Helenaе conscriptus, praetermissis,  
quamquam iis quoque enotandis spatium utique suppetebat, folii  
4 r. parte dimidia tribusque deinceps paginis integris (fol. 4 v.—5 v.)  
omnino vacuis relictis.



Restat, ut omnibus, qui me in Vitarum Constantinianarum Syl-  
logе a Victore Jernstedt magistro dilectissimo desideratissimo  
incohata ad finem perducenda summa cum humanitate ac benigni-  
tate alij aliter adiuverunt, hoc quoque loco gratias agam quam maxi-  
mas, et quidem Lydiae Jernstedt clarissimae feminae, Grego-

ж

1) да cod.

2) Huius vocis я littera sic exarata est, ut **разинны,имн** scriptum esse  
crederes.

rio Cеретели, Ioanni Mercati, Basilio Regel, Roberto Looper, Chrysantho Loparev amicis doctissimis dilectissimis, Antonio Budilovič viro clarissimo summeque venerando, Hippolyto Delehaye hagiographorum principi praeclarissimo; Academiarum Caesarearum Ecclesiasticarum Petropolitanae et Mosquensis senatibus amplissimis; bibliothecarum praefectis clarissimis humanissimis: Leopoldo Delisle et Henrico Omont — Nationalis Francogallicae, Francisco Ehrle — Apostolicae Vaticanae, Demetrio Kobeko — Caesareae Publicae Petropolitanae, Georgio de Laubmann — Regiae Monacensis, Henrico O. Lange — Regiae Hafniensis, Gaëtano Caracciolo eiusque successori Arnaldo Sabbatini — Regiae Messanensis, Francisco Carta eiusque successori Iuliano Bonazzi — Taurinensis Nationalis, Iosepho de Karabacek — Caesareae Regiae Vindobonensis, Huberto Ermisch — Regiae Dresdensis, Riccardo Cantinelli — Lugdunensis Municipalis, Achilli Ratti — Ambrosianae, Alexio Rodoskij eiusque successori Alejandro Krotkov — bibliothecae Academiae Caesareae Ecclesiasticae Petropolitanae, Constantino Popov — bibliothecae Academiae Caesareae Ecclesiasticae Mosquensis; — Ioanni Byčkov bibliothecae Caesareae Publicae Petropolitanae bibliothecario clarissimo, Alberto Massing viro doctissimo, Vsevolodo Sreznevskij bibliothecae Academiae Scientiarum Caesareae Petropolitanae bibliothecario doctissimo.

Praeterea facere non possum, quin viris clarissimis humanissimis Hieronymo Vitelli, Athanasio Papadopulo-Kerameo, Ioanni Chrysostomo Lauriotaе, Nicolao Krasnoselcev optime de nostra Sylloge meritis cum Victoris Jernstedt nomine, tum meo ipsius gratias maximas et agam et habeam.



# EPIMETRVM.

## De codicibus Vaticanis Gr. 984 et 1882 (partim bis) rescriptis.

### I:

Benedictus Niese, cum codicem Vaticanum Gr. 984, membraneum, formae minoris, qui Flavii Iosephi opera quaedam continet, conferret, totum hunc librum manu scriptum palimpsestum esse ac partim quidem („sola folia quattuor 157. 162. 168. 171 aliunde adsumpta“) vel bis rescriptum esse perspexit et agnovit fuisse „in codice olim menologium siue martyrologium“<sup>1</sup>). Solis illis quatuor foliis exceptis, hic codex „est ita institutus, ut ueterum membranarum singula folia duplicata sint, quo factum est, ut Iosephi uerba per antiquiores litteras transuersa agerentur. litterae antiquiores saeculo X ut uidetur exaratae binis per paginas columnis inscriptae erant. quarum nunc extant pauca maxime in margine Iosephi, uelut fol. 84 alterius columnae legi possunt haec :

ἀλλ' ὁ πάντων μακαρίων  
μακαριώτατε βαρθόλο  
μαῖς λαμπτήρ τῆς ἐκαλησίας“<sup>2</sup>).

S. Bartholomaei apostoli tres Laudationes in BHG. p. 35 s. notatae sunt, quarum unam (n. 230) s. Theodorus Studita conscripsit, alteram (n. 231) Niceta Paphlago, tertiam (n. 232) s. Iosephus Hymographus, hisque omnibus perfectis ipsa quidem illa verba nus-

---

1) Flavii Iosephi opera ed. B. N i e s e , vol. I, Berol. 1887, praefat. p. XXI.  
2) Ibid. p. XXI.

quam, similes autem locos apud Theodorum et Iosephum repperi<sup>1)</sup>. Hinc vero colligo ea quaerenda esse in altera eiusdem apostoli Laudatione a s. Iosepho conscripta, quam codex Parisinus Gr. 1219, membraneus, saec. XI, una cum priore illa praebet (fol. 6—11) sic inscriptam: *Toῦ μακαρίου καὶ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰωσῆφ τοῦ σκενοφύλακος λόγος β' ἐγκωμιαστικὸς εἰς τὸν ἄγιον Βαρθολομαῖον τὸν ἀπόστολον<sup>2)</sup>*, hisque incipientem verbis: *Πνοὴν ἔδει κεκτῆσθαι γλῶτταν κτλ.<sup>3)</sup>*. — Huius alterius Laudationis mentionem in BHG. p. 36 addendam esse vix est quod moneam<sup>4)</sup>.

Sin autem ne in hac quidem Laudatione illa verba, quae Niese ex codice rescripto enotavit, reperiuntur, iam nihil relinqu mihi videtur, nisi ut coniiciamus novam quandam in hoc codice delitescere s. Bartholomaei Laudationem, sive ab ipso s. Theodoro, sive ab aliquo eius imitatore<sup>5)</sup> conscriptam. Nam de eiusdem illius Laudationis Theodoreae (BHG. n. 230) iam editae antiquiore quadam recensione vix, opinor, quisquam cogitabit, si Laudationis modo laudatae verba mox adferenda cum illis, quae Niese protulit, contulerit. Quoniam vero illud τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν καὶ ὁμολογητοῦ Θεοδώρου τοῦ Στονδίτου ἐγκάμιον εἰς τὸν ἑνδοξὸν καὶ ἄγιον ἀπόστολον τοῦ Χριστοῦ Βαρθολομαῖον Graece solus, quantum scio, codex Vaticanus 1989 (saec. XI—XII) idque fine mutilum servavit, Latine loquetur s. Theodorus: „Sed ave, o beate beatorum, ter beate Bartholomae; ave, qui es Dei imitator, boni scilicet magistri; ave qui es divinae lucis splendor sanctae Ecclesiae“<sup>6)</sup>.

1) Sic apud Iosephum haec leguntur, cap. 9: „Sed, o beatissime et divinis angelis par factus apostole“ (Act. SS. Aug. t. V, Antwerp. 1741, p. 45 A, item in Mignei P. G. CV, 1425 A), quae verba Latine profero, quia Graece haec Laudatio nondum publicata est. — De Laudatione Theodorea mox infra dicam.

2) Priorem autem illam (fol. 1—6) sic idem codex inscribit: 'Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἄγιον ἀπόστολον Βαρθολομαῖον συγγραφὲν ὑπὸ Ἰωσῆφ μοναχοῦ πρεσβυτέρου καὶ σκενοφύλακος τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας.

3) Cf. CHP. p. 104, 2.

4) Ibidem p. 36 (n. 232) in prioris Laudationis clausula ἀπέργασαι pro ἀπεργάσαι legendum esse obiter moneo. Praeterea paulo infra adiiciendum est etiam in Mignei P. G., CV, 1421—1426 Latinam huius Laudationis interpretationem exhiberi.

5) Cf. s. Theodori orat. IX (Laud. s. Ioann. Euang.), cap. 12: 'Ἄλλ' ὁ μακαριώτατε καὶ τριμακαριώτατε καὶ παμμακαριώτατε Ἰωάννη, ὁ μέγας τοῦ Εὐαγγελίου ἥλιος, κτλ. (P. G. XCIX, 788 B), atque orat. VII (in s. Ioannis Bapt. nativitatem), cap. 11: 'Ἄλλ' ὁ μακάριος (μακαριώτατε praetulerim) Ἰωάννη, ὁ τῶν μεγίστων μέγιστε προφήτης, ὁ πρώτιστος ἐν ἀποστόλοις, κτλ. (ibid., 757 C).

6) Acta SS. t. c. p. 41 D, item in P. G., XCIX, 802 A (hic pro „imitator“

Fol. 395 r. illius codicis Vaticani haec legit Niese<sup>1)</sup>: *γματοσ ἡ δέξασθαι ἀρειον | σὸν τῷ φρονήματι ἦ μὴ | βουλόμενον ὑποχωρεῖν. | ἐτέρον γινομένον αν· αντοῦ. τοῦ ἀσμένως αὐτὸν<sup>2)</sup> προσιέμενον εἰ τι μηδέτερον ποιεῖσ. — illa ν· αν atque ι in τι dubia esse adnotans. Quae verba statim agnovi ad uberiorem illam Vitae ss. Metrophanis et Alexandri recensionem<sup>3)</sup> pertinere, unde hunc locum paulo pleniorum proferre mihi liceat: *τέλος, ὡς ἐνεῖδον<sup>4)</sup> μὴ ἐνδιδόντα<sup>5)</sup> παντάπασιν<sup>6)</sup>, προτείνονταν, ὡς ἐκ βασιλικοῦ προστάγματος, ἦ δέξασθαι Ἀρειον σὺν τῷ φρονήματι, ἦ μὴ βουλόμενον ὑποχωρεῖν, ἐτέρον γινομένον ἀντ' αὐτοῦ, τοῦ ἀσμένως αὐτὸν προσιεμένον „εἰ δὲ<sup>7)</sup> μηδέτερον<sup>8)</sup> ποιεῖς<sup>9)</sup>, γίνωσκε, φησὶν<sup>10)</sup>, ἔξοριαν εἶναι<sup>11)</sup> πρόστιμον“.**

Illa vero ἦ μὲν γὰρ ἀσεβήσ τε προπέτεια καὶ ἀποτοσ | ἔννοια ἥτις ἄρα τοτὲ<sup>12)</sup> | τὸν πάσησ ἐπέκεινα | φύσεως καὶ . . . ibidem ex fol. 140 v. a Nieseо prolata in cuiusnam viri sancti Vita sive Passione quaerenda sint, plane quidem definire nequeo, nullus tamen dubito, quin iis hic sanctus sit adnumerandus, quorum memoria, ut ss. Bartholomaei, Metrophanis, Alexandri, mense Iunio colitur. Reor enim totum antiquiore illum codicem saeculi X, anno 1354 rescriptum, mensis Iunii menologium (ante-Metaphrasteum) ac tale fere, quale codex Vaticanus Gr. 1667 suppeditat<sup>13)</sup>, continuisse.

De quattuor illis foliis (157. 162; 168. 171) ad alium quendam codicem pertinentibus bisque rescriptis uberioris mox alibi acturus

legitur „amator et imitator“. — Graece illa Angelus Mai reddidit (P. G. XCIX, 800 s. *Ἄλλὰ χαροις, ὡ μάκαρ μακαρίων τρισμακάριστε Βαρθολομαῖς, κτλ.*), cuius tamen interpretationem equidem non ubique probaverim.

1) L. c. p. XXI.

2) Post hanc vocem apud Nieseum hastulam, qua versuum fines significantur, intercidisse opinor.

3) Cf. supra (cap. VIII) p. 81.

4) ἐτεῖδων (sic) cod. A (thous Vatopedinus 79): *ἴδον |* (sic) cod. V (aticanus 1667); — ἐνιδ[όντες] parum feliciter Gedeon in editione sua (*Ἐκκλ. Αλήθ. IV* p. 324 col. 1).

5) Sic A: *ἐνδόντα* V, deinceps addens *αὐτὸν*.

6) Sic AV: *πάνταπασι* Gedeon perperam.

7) *εἰ δὲ* ex altera recensione reposui (Phot. p. 473, 39 col. 1): *εἰ τι* A et Vat. 984, *ἢ εἰ* V.

8) *μηδὲ ἔτερον* V, post quae *τούτων* supra versum de suo adiecit V<sup>2</sup>.

9) sic A et Vat. 984: *ποιεῖ. |* V.

10) Haec duo verba in V induxit V<sup>2</sup>; *γίνωσκέ, φησιν*, Gedeon.

11) Deinceps *τὸ* in V supra versum addidit V<sup>2</sup>.

12) Huius vocis primam litteram dubiam quidem Niese significavit, potius tamen *τότε* quam *ποτὲ* legendum esse opinor.

13) Cf. CHV. p. 156—158.

(nam, quominus id statim faciam, temporis angustiis impedior) nunc quidem haec tantummodo praemonere satis habeo. Antiquissimam horum foliorum scripturam, quam Niese (p. XXII) ad saeculum VII refert, reapse saeculo VIII fere medio non esse antiquorem pro certo adfirmare possum: ille enim „quidam Constantinopolitanus“, cuius [ἐγ]ι[κάμιον<sup>1)</sup> εἰς τὴν ἀγίαν καὶ σεβάσμιον κοιμησιν [τῆς πανευδόξου Θεοτόκου]<sup>2)</sup> olim hoc folio incipiebat, quin nemo alias nisi Germanus I patriarcha Constantinopolitanus fuerit, — qui paucis sane annis post amissum episcopatus urbani honorem, quem inde ab a. 715 Aug. 1 usque ad Ian. 7 a. 730 gessit, mortuus est<sup>3)</sup>), — dubitari nequit.

## II.

De codice Vaticano Gr. 1882 nunc quidem itidem breviter mihi agendum est — eandem ob causam, quam paulo supra commemoravi.

Huius codicis „fol. 97 (saec. X), fragmentum lectu difficillimum de Constantino et Helena“ extare (sive potius incipere) notatum est in Analectis Bolland., vol. XXI, 1902, p. 7 („Ad catalogum codicum hagiographicorum graecorum bibliothecae Vaticanae supplementum“), — quod tamen vix recte dictum esse mox videbimus.

Anno 1907, cum Romam Gregorius Cereteli proficisciatur, rogavi conlegam carissimum, ut illud fragmentum inspiceret ac meum in usum transscribere conaretur. Qui, foliis 97—104 v.

1) Ante hanc vocem (a me suppletam) Niese nihil nisi | τινον πολεωσ displace potuit, qui punctis 16 versum praecedentem significat adnotans: „nihil apparent“ (p. XXII adn. 1).

2) Sic suppleo, conlato codicis Oxoniensis Barocciani Gr. 234 (membranei, saec. XII) folio 412, ubi titulus sic incipit: Τοῦ ἐν ἀγίοις πατρὸς ἡμῶν Γεοργανοῦ ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινούπολεως ἔγκλιμον κτλ. (C. van de Vorst et H. De lehae Catal. p. 319, 25). — Niese illis tituli reliquiis, quas legere potuit, prolatis haec sola adiecissee satis habuit: „orationis alicuius a quodam Constantinopolitano conscriptae hic fuit titulus. qui cum in medio folio extet, apparent codicem fuisse miscellaneum ex pluribus scriptis compositum“.

3) Cf. И. Д. Андреевъ Константинопольские патриархи отъ времени Халкидонского собора до Фотия. Вып. I, Сергиевъ Посадъ 1895, р. 196, et eiusdem viri clarissimi Германъ и Тарасий, патриархи Константинопольские, Сергиевъ Посадъ, 1907, р. 193 s. atque р. 40. — Кgiumbachegum (Gesch. der byzant. Litt., ed. II) p. 312 § 136 atque p. 1149 de Germano quaedam falsa proferre obiter adnoto.

inspectis, de Constantino quidem Magno et Helena eius matre in hoc fragmento prorsus nihil dici, inesse vero locum, quo ἡ τῆς εἰρήνης ἐπώνυμος ἄμα τῷ νεῖτι Κωνσταντίνῳ commemoratur, mecum communicavit. Ceterum, recentiore scilicet scriptura (saeculi XIV) obstante, folia 97 r.—99 r. atque 100 r.—101 v. legi non posse testatus est. Praeterea maiorem partem fol. 102 r. col. II, in cuius fine illa verba paulo supra adlata leguntur, transscripsit nec sine probabilitate coniecit hoc ipso codicis loco (scilicet ἐλένης pro εἰρήνης lecto) in errorem inductum esse illum virum doctissimum, qui de Constantino et Helena in hoc fragmento agi dixit (Anal. Bolland. l. c.). Iusto igitur iure negavit conlega doctissimus Vitam Constantinianam illis foliis contineri, ac ipse quidem non sine probabilitatis saltem specie de Vita Irenes Augustae, Constantini VI matris, cogitabat<sup>1)</sup>.

Anno inequenti, quo iterum iter Italicum faciens Romam venit conlega carissimus, eadem illa 8 folia denuo diligentissime examinavit et, quae legi quidem potuerunt, accuratissime, ut solet, transscripsit, — scilicet fol. 99 v. 102 r.—104 r. 104 v., col. II, — nam reliquorum omnium (fol. 97 r.—99 r. 100 r.—101 v. 104 v., col. I) antiquiorem illam scripturam (saec. X, — praeter folium 100 bis rescriptum, quo de uberioris paulo infra dicam) legi non posse diserte confirmavit, — plerumque singulas tantummodo litteras hic illic comparere docens, nisi quod folio 101 r. singulae voces νόκτωρ et βάλλοντες (col. I) atque αμοναστα, κόσ, δονλεύσει (col. II) dispiciuntur, quibus accedit folii 100 r. versus 3 integer, haec verba continens: Νεῦματι (sic) τῷ διμονογυπῷ (sic) τὰ σύμπαντα συμφέροντα.

Hoc autem fol. 100 bis rescriptum esse rectissime coniecit Cereteli, nam sub antiquiore illa scriptura (saec. fere XIII aut XII), cuius exemplum modo protuli, hic illic etiam litterae unciales comparent, nimirum ad antiquissimam codicis scripturam pertinentes.

Praeterea notandum est antiquioris illius codicis folia duplo maiora fuisse quam ea, quae Vaticanus Gr. 1882 habet, illisque complicatis factum esse, ut huius quoque codicis recentior scriptura

---

1) Huius Irenes Augustae († a. 803 Aug. 9) memoria colitur Aug. 9 (cf. Dmitrijevskij, l. c. p. 102) nec deest eius Vita — *Bίος τῆς ὁσίης ἐν βασιλεῦσιν Εἰρήνης τῆς Αθηναίας*, — solo, quantum scio, codice Vaticano Gr. 2014, membraneo, saec. XI servata (Anal. Bolland., XXI, p. 14, 6).

(saec. XIV) per litteras antiquiores transversa duceretur. Singulae antiquioris codicis paginae in binas columnas divisae erant, nisi quod secunda folii 100 scriptura columnas non agnoscit<sup>1)</sup>.

Contextu, quem folia 99 v. et 102—104 suppeditant, examinato, alicuius viri sancti Irenes Augustae supra laudatae aequalis Vitam foliis 97—104 contineri Cereteli censuit, iam veritati proxime accedens: illa enim omnia, quae ex foliis 99 v. et 102—104 protulit, in Vita s. Nicephori archiepiscopi Constantinopolitani ab Ignatio diacono conscripta repperi<sup>2)</sup>. Iamque singulos locos breviter strictimque indicabo, huius Vitae adhibens editionem de-Boorianam<sup>3)</sup>.

1. Cod. fol. 102 r., col. I: *τὰς ἀσθενείας ἡμῶν . . . . μανὲν θεοκτόνιας* = p. 145, 20—26 Br.

2. Fol. 99 v., col. I: (*σωματικοῦ χαρακτῆρος . . . . αὐτοῖς ὑποτι* (v. infra fr. 3) = p. 145, 27—146, 1<sup>4)</sup>.

3. Fol. 102 r., col. II: | *κλέψαντες. ὁρισμῶν ἀτελεῖ. . . . κλῆρον πατρῶον τὸ τῆς βασιλείας* = p. 146, 1—8.

4. Fol. 99 v., col. II: (*κομιζέται εἰρηνή· τὸ κραταιοφορον*<sup>5)</sup> . . . . *ἀνδρῶν ἐκ τῶν τῆς* | = p. 146, 9—14.

5. Fol. 102 v., col. I: | *οἰκουμένης τέρμονα | συναγειγέναι*<sup>6)</sup> . . . . *πολιτιανοῦ τοῦ τῆς | ἀλεξανδρείας [καὶ]*<sup>7)</sup> *θεοδωρούτον* = p. 146, 14—20.

1) Antiquissimam tamen huius folii scripturam et ipsam binis columnis exaratas fuisse opinor.

2) In BHG. p. 186 calami sane lapsum „† 815“ corrigendum esse obiter moneo, — anno enim 815 deportatum esse s. Nicephorum, supremum autem diem anno 829 eum obisse constat. — Ceterum notandum est errare Ehrhardium (apud Krumbacherum, l. c. p. 72) „Mitte Mai 815“ s. Nicephorum deportatum esse opinantem: hoc enim Martii die 13 factum esse iam dudum Ioannes Andrejev demonstravit (И. Д. А н д� е въ, Константинопольские патриархи, I. p. 200).

3) Nicephori archiep. CP. opuscula historica, ed. C. de Boor, Lps. 1880, p. 139 ss.

4) *Inclinatis* typis nihil inter hoc fragmentum et insequens intercidisse significo.

5) Sic praebet apographum Ceretelianum; an potius *χραταλοφορον* ed.

6) *τερμάτων συναγγέρθαι* ed. (*συναγγέρθαι* cod. V, i. e. Vaticanus Gr. 1809, saec. XI, quem falso de Boor, l. c. praeferat. p. LI, ad saeculum X refert).

7) Hoc *καὶ* supplevi, quod in codice quidem per compendium esse exaratum reor; [...] apographum Ceretelianum, om. V atque ed.

6. Fol. 102 v., col. II: | τὴν τῶν σεπτῶν εἰκόνων | ἐπιμηήσας<sup>1)</sup> ..... καὶ [κο]τίνον<sup>2)</sup> καὶ σελίνου | [οῖς γεραίρει]ν οἱ<sup>3)</sup> παλαιοὶ | = p. 146, 26—147, 1.

7. Fol. 103 r., col. I: | τυχόντα καὶ ἀξιον μηδὲν | ..... [γ]υῶ-  
σιν φν|λάσσοντα<sup>4)</sup> καὶ νόμον [ἐκ]|(ζητούμενον)<sup>5)</sup> = p. 154, 32—155, 4.

8. Fol. 103 r., col. II: | καθηγεμόνα [π]αυλον. μὴ | πρὸς αερα  
..... βιάζεσθε μηδὲ τῶ μοι = p. 155, 11 s. —17.

9. Fol. 104 r., col. I: | νοτρόπω τοῦ βίου ..... | τὴν κορυφὴν  
περι(σ)τελ(λονσαν)<sup>6)</sup> = p. 155, 17—23.

10. Fol. 104 r., col. II: (αἱ)ρετικῆς ἐν αὐτῇ γονῆσ | .....  
ἐπιστήμην συνέριθον καὶ | = p. 155, 29—156, 4.

11. Fol. 104 v., col. II: | [βακτ]ηρίᾳ<sup>7)</sup> τὸ πλεῖον διδοὺς .....  
σὰρξ | [ὑπάρχ]ων<sup>8)</sup> ὅπλα πνευματικὰ<sup>9)</sup>| = p. 156, 23—30.

Quod vero ad folium 101 attinet, antiquiorem eius scripturam ab illa Vita Ignatiana omnino alienam esse pro certo adfirmare possum, idque statim vel hoc exemplo manifestum fit: nam νόητωρ quidem, quod vocabulum in fol. 101 r., col. I, dispici iam norunt legentes<sup>10)</sup>, etiam in s. Nicephori Vita (p. 148, 27) reperitur, at illud βάλλοντες, quod in eadem columna comparet, nimirum modico quodam intervallo ab illo νόητωρ distans, iam frustra in Vitae p. 148

1) Sic apogr., ἐπιβοήσας V et ed., quorum tamen neutrum mihi quidem probatur.

2) Sic iam de conjectura hanc lectionem restitui, scilicet antequam haec omnia fragmenta ad Vitam Ignatianam pertinere perspexi; . . . zīνον apogr., ρ tamen dubium esse Ceretelio significante.

3) | ..... μοι apogr., quo de plura v. infra p. 112 s.

4) φν|λάσσονται quidem exhibet apogr., sed codicem φν|λάσσοντα praebere opinor.

5) ψη | apogr., ψ tamen dubium esse Ceretelio significante. Hinc iusto quidem iure colligas W codicem (sic enim hunc Vaticanum Gr. 1882 brevitatis causa notabo) non ἐξηγητούμενον, ut V, sed [ζ]ητούμενον praebere, — verum tamen, quoniam et ε fere evanidum facilius est quam ζ cum ψ confundere, et ς litteram in scriptura antiquiore ab η fere nihil differre notum est (cf. infra adn. 7), ψη pro ἐξ Ceretelium legisse suspicor, ideoque codicem W hoc loco ἐξηγητούμενον, ut V, praebere opinor.

6) περιτελ| apogr.; — περιστέλ|[λονσαν] ipse Cereteli de conjectura recte supplevit.

7) | .... ηρια apogr., — η an ς sit scriptum, incertum esse adnotante Cere-  
telio, qui tamen illud praeferens recte [βακτ]ηρία supplevit.

8) | .... χων apogr.

9) πνικὰ | W.

10) Cf. supra p. 107.

ss. quaesieris. Huc accedit, quod nec voce ἀμόναστα (col. II) usquam Ignatius utitur nec ullus apud eum locus invenitur, illa  $\chi(\nu\sigma\omega)\sigma$  et mox δονλεύσει suppeditans.

Quin etiam existimaverim omnino insitium esse hoc folium 101, ut folium 100, — si quidem ambo ista folia ex uno eodemque antiquioris cuiusdam codicis folio complicato facta sunt, id quod verisimillimum esse mihi videtur, quoniam folia 99 et 102 ex uno antiquioris codicis folio confecta esse certissimum est.

Ac huius quidem antiquioris folii (= f. 102 + f. 99), quod brevitatis causa C littera notabo, prior pagina (C<sup>r</sup> = f. 102 recto + f. 99 verso) continet — in col. I — illa τὰς ἀσθενείας . . . . . αὐτοῖς ὑπο- (Vitae s. Niceph. p. 145, 20 — 146, 1), i. e. fr. 1 + verba (θεοκτο)νίας ἡγένητο ἔγκλημα· οὗτοι δὲ κατὰ τοῦ σωμα(τικοῦ) p. 145, 26 s., quae duos columnae versiculos constituant nec iam dispici possunt propterea, quod uterque versulus proxime folii flexum situs est, + fr. 2;

columna II continet illa -κλέγαντες. δρισμῶ . . . . . ἀνδρῶν ἐκ τῶν τῆς (p. 146, 1—14), i. e. fr. 3 + verba (βασι)λείας ἐκ θῶν σκῆπτρον κομιζέται) p. 146, 8 s. (unum scilicet columnae versiculum) + fr. 4.

Iam vero, cum fr. 1 quindecim constet versiculis, fr. 2 et 4 ternis denis, fr. 3 sedecim, — hinc manifestum fit singulas antiquioris codicis columnas tricensis versiculis constare.

Eiusdem folii alterius paginæ (C<sup>v</sup> = f. 102 verso + f. 99 recto) solam quidem superiorem partem (f. 102 v.) legit Cereteli (fr. 5 et 6), inferiorem (f. 99 r.) legi non posse testatus, — illico tamen intellegitur huius paginæ columnam I illa οἰνομένης (cf. fr. 5) . . . . . ἐξ ἀπόπτου περιωπῆς (p. 146, 14—26) continere; columnam autem II illa τὴν τῶν σεπτῶν (cf. fr. 6) . . . . . σήμαντρα, κατὰ (p. 146, 26—147, 9) praebere computatio minime difficilis docebit. — Nec difficilius est computando efficere illius folii 99 r. non lecti columna I verba Ἡλία . . . . . περιωπῆς (p. 146, 20—26), columna II τὸ πατρικὸν<sup>1)</sup> . . . . . κατὰ (p. 147, 3—9) contineri.

Iamque, si eundem fere in modum singula antiquioris codicis

1) In codice sane προτίθεται scriptum esse vix est quod moneam.

folia (A et B) binis recentioribus 97 + 104 et 98 + 103 replicatis recuperantur, — haec autem quin reapse ita sint, equidem nullus dubito, — similiter, non tamen sine ulla difficultate, definiri potest, quidnam etiam illorum foliorum 97 r.—99 r., quae legi nequeunt, una quaeque antiquioris scripturae columna contineat.

Quae quamquam omnia iam dudum computavi, temporis tamen angustiis pressus nunc de solo dicam folio 97, quippe quod in Anal. Bolland., XXI p. 7, diserte indicetur.

Folii 97 r., — quod est folii A<sup>v</sup> pars inferior, — columna I (ab imo) sic fere incipiens: *(κλοπή)μαίοις διδασκαλίαις θύειν*, hisce verbis desinit<sup>1)</sup>: *ποικιλλεται, τῇ μὲν* (Vitae s. Niceph. p. 156, 18—23); columna II, verbis *κινεῖν οὐχ ἵκανδμαι* incipiens<sup>2)</sup>, fere hisce finitur: *πᾶσαν ὑμῖν* (p. 156, 30—157, 5).

Folii 97 v., — quod est folii A<sup>r</sup> pars inferior, — columna I his fere verbis incipiens: *ἐν στέρωνις ἀτε μηνίσκω* (p. 155, 23 s.), sic desinit: *μηνηστεύσηται, αἱ(ρετικῆς) π. 155, 29 s.<sup>3)</sup>*; columna II ferme haec praebet: *πρὸς ὀρθοτομίαν . . . . . ἀξιος καταφαινεται* (p. 156, 5—10 s.).

De reliquis foliis, quae legi non possunt, mox in alia commen-tatione acturus, ibidem etiam totum undecim illorum fragmentorum contextum proferam, quippe cuius ope s. Nicephori Vitae contextus editus nonnullis locis emendari possit, — idque iam paucis exemplis illustrare mihi liceat.

Huius Vitae p. 146, 17 ss. sic in editione de-Booriana leguntur: *ἥσ<sup>4)</sup> ἡγεῖτο μὲν Ταράσιος ὁ τῆς βασιλίδος ἱερώτατος πρόεδρος, Ἀδριανοῦ τε<sup>5)</sup> τοῦ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ Πολιτιανοῦ τοῦ τῆς Ἀλεξανδρείας, Θεοδωρήτον <τε τοῦ τῆς> Ἀντιοχείας, καὶ Ἡλίᾳ τοῦ τῆς Αἴλιας ὑπῆρχον τοποτηρηταὶ ὀσιώτατοι, — ad vs. 20 haec editore adnotante: „τε τοῦ τῆς addidi. om. V vulg.“*

Verum tamen insulsissima ista quattuor similiūm syllabarum series — *Θεοδωρήτον τε τοῦ τῆς*, — quam decantata illa peperit sagacitas de-Booriana, ut par est, omnino sfernenda

1) Hoc vero certum esse docet fr. 11, haec verba excipiens.

2) Hoc quoque certum esse eiusdem fragmenti 11 postrema verba demonstrant.

3) Hoc certum esse ex initio fragmenti 10 haec verba excipientis perspicitur.

4) De synodo Nicaena II hic agi obiter adnoto.

5) τε etiam codex rescriptus praebet, — quem brevitatis causa W littera notavi, — sed δὲ restituendum esse illud μὲν (vs. 18), me quidem iudice, manifestissime demonstrat.

ac reiicienda est, quippe quam a sermone Ignatiano prorsus abhorre sit manifestissimum: hunc enim scriptorem ὁγηορικώτατον fuisse tota s. Nicephori Vita luculentissime demonstrat.

Quae cum ita sint cumque codex W (fr. 5) ἀλεξανδρείας [ναι] Θεοδω . . . praebeat, hunc locum sic restituendum esse reor: *ναι Θεοδωρήτου <τοῦ> Ἀντιοχείας.*

Vitae p. 146, 30—146, 1 s. *τοῦτο πρῶτον ἄθλον καὶ στέφος αὐτῷ ἀναγαίρετον, πολλῷ τῶν<sup>1</sup>*) ἐξ ἑρίου καὶ κοτίνου καὶ σελίνου καὶ οἶς γεραίρειν οἱ παλαιοὶ τοὺς ἐπιταλαίοντας φοντο, τιμαλφέστερον. — Scribendum est p. 146, 31 s. καὶ κοτίνου καὶ σελίνου, οἶς γεραίρειν πτλ., electo scilicet illo καὶ (p. 147, 1), quod V post σελίνου praebet — nimirum ex praecedentibus illis dittographice ortum, namque si genuinum istud καὶ foret, sine dubio ναι ὡν γεραίρειν Ignatius dixisset, quod quidem Carolum de Boor non perspexisse minime miror.

W quoque codicem istud καὶ non agnoscere pro certo adfirmare possum, quamquam in eo hunc ipsum locum legi non posse testatus est Cereteli, cuius apographum h. l. haec suppeditat (fr. 6): *καὶ σελίνῳ | . . . . . μοι παλαιοὶ |*, ac ipse quidem postmodo pro postremis duobus punctis „νο?“ scripsit, scilicet de [νό]μοι supplendo non sine dubitatione cogitans, — idque fecisse conlegam artis palaeographicae peritissimum puto non tam conjectuae ceteroqui facilimae indulgentem, quam ipsius codicis scripturae vestigia ferme evanida secutum<sup>2</sup>).

Iam vero, Vitae p. 147, 1 contextu conlato, postremum fragmenti 6 versum sic supplendum esse appareat: [οἶς γεραίρειν]ν οἱ παλαιοὶ — propter quae adnotare haud ab re duco in ipso quidem codice οἰγεραίρειν (litteris ογ et ει inter se ligatis) exaratum esse, ut mea quidem fert opinio, itaque omnia illa novem litterarum spatia singulis punctis in apographo Cereteliano significata iam optime expleri, — unde iam nullum ibi locum illi καὶ (ne per compendium quidem scripto) inserendo relinqu elucet. Nec denique suspicari licet per meram librarii W neglegentiam, cum, σελίνον | scripto, in versum insequentem transiret, illud καὶ intercidisse: hoc enim quominus suspicemur, illud οἶς (non ὡν), quod alter codex (V) praebet, manifesto impedit.

1) τῶ in W legit Cereteli.

2) Hoc enim codicis loco ρει (ει litteris inter se ligatis) scriptum est, idque — litteris paene evanidis oculorum aciem fugientibus — facilime sane pro νο haberi potest.

Iam restat, ut hoc solum de utriusque codicis rescripti scriptura antiquiore addam. Codices Vaticanani Gr. 984 et 1882 si ab uno eodemque librario (saec. X) exarati sunt, nec quidquam forma inter se differunt, — quae tamen itane sint an secus, me nondum scire praemoneo, quoniam neutrum horum codicum ipse umquam inspexi, — vix dubitari potest, quin etiam illa codicis W folia 97—99 et 102—104 ad idem pertineant menologium mensis Iunii, quod in codice Vaticano Gr. 984 delitescit. Quod si ita est, codicis W foliis modo laudatis adiungendum est alterius codicis folium 116, quippe quod eiusdem Vitae Ignatianae initium praebere inde colligam, quod „fol. 116<sup>r</sup> columnae titulus:  $\mu\nu\rho\iota\tau\omega$   $\alpha\delta\tau\omega\beta$  [immo  $\bar{\beta}$ ]“, Benedicto Niese teste<sup>1)</sup>, legitur, — nam s. Niccephori archiepiscopi Constantinopolitani memoriam die 2 mensis Iunii coli notum est.

Eodem quoque folium pertinere, quod una cum folio 116 integrum par foliorum facit, per se intellegitur.



1) L. c. p. XXI, — qui ibidem paulo infra haec quoque notavit: „praeterea extant quaternionum numeri multi, ex quibus apparat folia 169. 170 quae nunc sunt antiqui codicis fuisse exordium inscriptum  $\eta\lambda\sigma\pi\iota\omega\alpha$ .“

# INDICES.

## I.

### CONSPECTVS VITARVM

(NEC NON LAVDATIONVM AC PASSIONVM)

### SANCTORVM.

Metrophanis et Alexandri Vita — v. s. Metrophanes.

Artemii martyris Acta Graeca (apocrypha) — 94 ss.

— — Passio, conscr. ab Ioanne Rhodio, — 29. 94.

Bartholomaei apostoli duae Laudationes ineditae 103 s.

Constantini et Helenae Vitae Laudationesque,

#### A) quarum auctores novimus:

ex Alexandri sive Chrysae (Chrysippi?) monachi de s. Cruce sermone excerpta — 55 s. 62.

a Constantino Acropolita conscripta — 41 s. 51 s.

a s. Demetrio Rostoviensi conscr. (Slavice) — 54 s.

ab Eusebio Caesariensi conscr. — 56. 77.

ab Euthymio Ternoviensi conscr. (Slavice) — 52 ss.

ab Ignatio Selybriensi conscr. — 48 ss.

ab Ioanne lectore Magnae Ecclesiae CP. conscr. — 43<sup>2</sup>\*).

a Nicephoro Gregora conscr. — 47 s.

a Praxagora Atheniensi conscriptae brevis enarratio Photiana — 41. 47.

a Theodoro Meliteniota conscr. — 15.

#### B) anonymae:

Vita A — 56 s. 77.<sup>2,3</sup>

Vita B — 57 s. cf. 1.<sup>1</sup> 93.

Vita C\* — 58. 59.<sup>7</sup> 63. 67. 71. 89.

Vita C — 58. cf. 57. 59. 60 (adn.). 61 s. 63 (adn.).

Vita D — 58 ss. 62 s. 73.

---

\*) Sic paginae 43 adnotationem 2 significo.

- Vita **E** — 61 ss. 65—71. cf. 1.<sup>1</sup> 2. 11 ss. 14.<sup>1</sup> 33 s. 37—40. 42. 44 (adn.). 45. 57. 73. 80. 83. 85. 89.
- Vitae **E** interpretatio Slavica — 64 s. cf. 63.<sup>34</sup>
- Vita **F** — 65. cf. 42.<sup>5</sup> 62.<sup>4</sup> 63 (adn.). 78 s.
- Vita **G** — 65 ss. cf. 1.<sup>1</sup> 12—14. 37.<sup>4</sup> 39. 42. 44 (adn.). 45. 63.
- Vita **H** (Slavice) — 71.
- Vita **K** — 72 ss.
- Vitae **K** interpretationes Slavicae — 74. cf. 73 (adn.).
- Vita **L** — 74 s.
- Vita **M\*** — 75, XIX. 76, XX.
- Vita **M** — 75.
- Vita **N** (Slavice) — 75 s.
- Vita **O** — 76 ss.
- narratio **P** (de synodo Nicaena I deque Constantino Magno) — 79 s. 85.<sup>6</sup>
- Vita **Q** (sermone vulgari conscripta) — 80 s.
- Sermo εἰς τὴν μνήμην τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου — 36.<sup>5</sup> 97, — eiusque interpretatio Slavica — 36. 97 ss.
- SS. Deipara: *Περὶ τῶν χρόνων τῆς ἐνταῦθα ζωῆς τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου* — 50.<sup>4</sup>
- Eusignii martyris Acta Graeca apocrypha -- 26 s. 62. 83 ss. — Eorum interpretationes: Slavica — 83, 2. et Iberica (Grusinica) — 84, 3.
- Helenae Vitae — v. s. Constantinus. — cf. praeterea 2. 41. 63. 70.
- Ioannes Baptista: sermo s. Theodori Studitae de eius nativitate — 104.<sup>5</sup>
- Ioannes Chrysostomus: sermo in eius memoriam — 97<sup>2</sup>. Slavice — 97. 100 s.
- Ioannis Euangelistae Laudatio a Constantino Acropolita scr. (inedita) — 42.<sup>5</sup> a s. Theodoro Studita scr. — 104.<sup>5</sup>
- Irenes Augustae, Constantini VI matris, Vita (inedita) — 107.<sup>1</sup>
- Luciani hieromartyris Vita et passio — 28. 96 s.
- Mercurii martyris Passio — 27.<sup>2</sup>
- Metrophanis et Alexandri episcoporum Constantinopolitanorum Vita — 24 ss. 62. 67. 68.<sup>6</sup> 81 s. 105.
- Michaelis archangeli miracula a Pantoleone diacono narrata — 29. 62.
- Patrum Nicaenorum Laudatio conscr. a Georgio (potius quam Gregorio) presbytero Caesareae Cappadociae — 27 s. 62. 85 ss.
- Nicephori archiepiscopi Constantinopolitani Vita ab Ignatio diacono conscr. 108 ss.
- Patrum Nicaenorum Laudatio — v. supra s. Nicaeni.
- Silvestri episcopi Romae Vita — 14 s. 30 s. 62. 84. 89 ss.
- Spiridonis episcopi Trimithuntis Vita a Theodoro Paphi episcopo conscr. — 25 s.
- Symeonis stylitae iunioris Vita ab Arcadio Constantiae Cypri archiepiscopo conscr. — 42.<sup>3</sup>

## II.

## INDEX AVCTORVM ET QVORVNDAM OPERVM.

- Acropolita — v. Constantinus Acropolita.
- Alexander — sive Chrysas (Chrysippus?) — monachus 32.<sup>9</sup> 62. eius de s. Cruce sermonis duae interpretationes Slavicae — 32. ex eodem sermone excerptum de vita Constantini et Helena — v. ind. I.
- Arcadius archiep. Constantiensis — v. ind. I: Symeonis stylitae iun. Vita.
- Excerpta Barocciana — v. s. Excerpta.
- Catalogus codicum Graecorum Escorialensium — v. s. Tychsen et Mollenhawer.
- Chronicon Constantinopolitanum „περὶ τὸν βασιλέων τῆς πρεσβυτέρας Ρώμης, ὅποι ἐβασίλευσαν εἰς αὐτήν“ — 81.<sup>1</sup>
- Chronographiae Slavicae — 33 ss. „Хронографъ редакціи 1512 года“, editus a Sergio Rozanov, — 34 s.
- Chrysas (Chrysippus?) monachus — v. Alexander.
- Excerpta Constantini ana historica — v. s. Excerpta.
- Constantinus Acropolita — v. ind. I (Constantinus et Helena).
- De inventione s. Crucis narratio — 29. 76. 93.
- Demetrius metropolita Rostoviensis — v. ind. I (Constantinus et Helena).
- Eusebii Caesariensis *Ἐτῶν βίον τοῦ μακαρίου Κωνσταντίνου βασιλέως* — v. ind. I. Huius operis enarratio — 77. eiusdem duo codices deperditi — 77.
- Euthymius patriarcha Ternoviensis — v. ind. I (Constantinus et Helena).
- Excerpta Barocciana — 31. 62.
- Excerpta Constantini ana de legatis Romanorum ad gentes 41.
- Excerpta Parisina (Cramer) — 62.
- Gelasius Cyzicenus — 30. 62. 82.
- Georgii (sive Gregorii) presbyteri Caesareae Cappadociae sermo de patribus Nicaenis — 27 s. 85 ss.
- Germani (I) patriarchae CP. sermo de Dormitione SS. Deiparae in codice (Vatic. Gr. 1882) saec. VIII — 106.
- [Germanus presb. Caesareae Cappadociae — 28 (n. 71). 86.<sup>4</sup>]
- Gregoras — v. Nicephorus Gregoras.
- Gregorius presbyter, s. Gregorii Theologi biographus — 86.<sup>1</sup> 88.<sup>2</sup>
- Gregorius presb. Caesareae Cappadociae — v. Georgius.
- „S. Gregorii presbyteri Caesareae Cappadociae“ sermo de iejunio — 88.<sup>1</sup>
- Ignatius diaconus Magnae ecclesiae CP. — v. ind. I (s. Nicephori Vita).
- Ignatius metropolita Selybriensis — v. ind. I (Constantinus et Helena.)
- De inventione s. Crucis — v. s. Crux.
- Ioannes lector Magnae ecclesiae CP. — v. ind. I (Constantinus et Helena).
- Ioannes Rhodius monachus — v. ind. I (Artemius).

- Iosephi (Hymnographi) duae Laudationes s. Bartholomaei apostoli — 103 s.  
 Metaphrasta — v. Symeo Metaphrasta.  
 Tychseni Thomae et Moldenhaweri Catalogus (manu scriptus) codicum  
     Graecorum Escorialensium — 38.<sup>2</sup> 39.<sup>1</sup> 40.<sup>1</sup> 41.<sup>2,3</sup> 87.<sup>2</sup> 93.<sup>1</sup>  
 Nicephori Callisti Xanthopuli Hist. Eccl. — 45. 62.  
 Nicephorus Gregoras — v. ind. I (Constantinus et Helena).  
 Nicetae Paphlagonis Laudatio s. Bartholomaei apostoli — 103.  
 Pantoleo diaconus — v. ind. I (Michael archangelus).  
 Philostorgius — 29. 57. 94.  
 Photii *Biblioth.* cod. 62 — 22 (n. 50). 41. 47. cod. 256 — 82, 2.  
 Praxagoras Atheniensis — v. ind. I (Constantinus et Helena).  
 Sylloge sermonum Graeca Slavice anno 1342 vel 1343 reddita — 101.  
     cf. 97 ss.  
 Symeo Metaphrasta — 70. 92.  
 Syntagma XIV titulorum sine scholiis secundum versionem palaeo-slove-  
     nicam, editum a V. Beneševič — 36.  
 Theodoreti Hist. Eccl. — 62. 80. 85.  
 Theodorus lector — 13. 31.  
 Theodorus Meliteniota (sive Melitenus) — 15.  
 Theodorus Paphi episcopus — v. ind. I (Spyridon).  
 Theodorus Studita — 103 s.  
*Τυπικὸν τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀκολουθίας* monasterii SS. Deiparae τῆς Εὐ-  
     εργέτιδος — 87.  
 „Visio Constantini“ — v. De inventione s. Crucis.

## III.

CONSPECTVS CODICVM <sup>1)</sup>.

## A. CODICES GRAECI.

- \*Ambrosianus 51 (A 154 sup.) — 18 (n. 30). 61.  
 \* — 259 (D 92 sup.) — 26 (n. 59). 83. 85.  
 \*Angelicus 22 (D. 3. 10) — 1. 7 (n. 17). 57.  
 \* — 81 (B. 1. 14) — 27 (n. 70). 28. 87.  
 \* — 108 (B. 2. 2) — 26 (n. 63). 83—85.  
 Atheniensis biblioth. Nationalis 226 — 87. 88.  
     — — — 267 — 87.  
     — — — 788 — 87.  
 \*Athous laurae s. Athanasii — 3 (n. 1). 56.  
 \* — monasterii *Βατοπέδiou* 79 — 3 (n. 2). 83. 1  
     — — — 382 — 3 (n. 3). 62.<sup>1</sup>  
     — — — 428 — 90 s.

1) Stellula eos notavi codices, quorum conlationes ipse habeo.

\*Athous 48 (*τοῦ Πρωτάτου* 48) — 4 (n. 6). 56.

— 1037 (mon. *Παντοκράτορος* 3) — 88.

— 1314 (mon. *Σιμωνος Πέτρας* 46) — 87.

— 1323 (eiusdem mon. 55) — 88.

Athous 1565 (mon. *Καρακάλλου* 52) — 87.

— 2030 (mon. *'Εσφιγμένου* 17) — 87.

— 2743 (mon. *Δοχειαρίου* 69) — 41.

— 2751 (eiusdem mon. 77) — 88.

— 3092 (mon. *Κοντλούμονστον* 23) — 57.

— 3664 (mon. *Διονυσίου* 130) — 87.

— 3682 (eiusdem mon. 148) — 52.<sup>3</sup>

\*— 3733 (eiusdem mon. 199) — 4 (n. 4). 62.<sup>1</sup>

\*— 4713 (mon. *τῶν Ἰβηρῶν* 593) — 4 (n. 5). 56.

Athoi, a Constantino Simonide adhibiti, qui iam deperditi esse videntur:  
olim monasterii *Διονυσίου* — 52.

olim *τοῦ Πρωτάτου* — 52.

olim mon. *Σιμωνος Πέτρας*, postmodo ipsius Simonidis — 52.

Barocciani — v. Oxonienses Bodleiani.

Belegradiensis 3 — 15.

Berolinensis bibliothecae Regiae 86 — 88.

— 219 — 72 ss.

— 220 — 88.<sup>2</sup>

\*— 269 — 91 s.

\*— 279 convol. I — 94 ss.

— 280 — 85.<sup>6</sup> 88.

Bodleiani — v. Oxonienses Bodleiani.

Brixianus bibliothecae Communalis Querinianae A. III. 3 — 36.<sup>5</sup> 97.<sup>2</sup>

Canonicianus — v. Oxonienses Bodleiani.

Cantabrigiensis bibliothecae Vniversitatis Addit. 4489 (rescriptus) — 37.

\*— Collegii SS. Trinitatis 1195 (O. 3. 23) — 41.

Chalcensis monasterii SS. Deiparae 10 — 91.

Chisianus 13 (R. V. 34) — 37. 45.<sup>3</sup> 78.

Clarkiani — v. Oxonienses Bodleiani.

Coisliniani — v. Parisini Coisliniani.

\*Constantinopolitanus metochii S. Sepulcri 48 — 17 (n. 24). 61.

\*— 204 — 17 (n. 25). 61.

— 462 — 81.<sup>1</sup>

Constantinopolitani iam deperditi:

olim *Κωνσταντίνου τοῦ Βαρύνου* — 43.<sup>2</sup>

olim *'Ιωάννου τοῦ Σούτζου* — 43.<sup>2</sup>

Cracoviensis Czartoryskianus 2852 — 44 s.

\*Dresdensis bibliothecae Regiae Publicae Da. 33 — 17 (n. 26). 80.

\*— Da. 48 — 17 (n. 27). 47 s.

Escorialensis Y. II. 3 — 88.

Escorialensis X. IV. 6 — 39 s.

- X. IV. 11 — 41.
- Ψ. IV. 26 — 38 s.
- Ω. I. 14 — 93.
- Ω. II. 10 — 87. 88.<sup>4</sup>
- γ. II. 4 — 93.<sup>1</sup>

Florentini — v. Laurentiani.

\*Genuensis Carolinus 34 — 18 (n. 28). 61.

Hierosolymitanus Patriarch. 6 — 41. 59.<sup>1</sup>

- — 40 — 41. 51.<sup>1</sup>
- — 185 — 84.
- — S. Crucis 40 — 72.<sup>6.7</sup> 73 (adn.).
- — Sabaiticus 161 — 87.
- — — 281 — 5. 42.
- \* — — — 366 — 5 (n. 8). 58. 61.

Krafftianus — v. Dresdensis Da. 48.

Laudianus — v. Oxonienses Bodleiani.

\*Laurentianus pl. VII, 25 — 24 (n. 53). 82.

\* — pl. LIX, 13 — 4 (n. 7). 13. 61. 65.

- pl. LXX, 23 — 87.

Lesbius monasterii τοῦ Αειμῶνος 43 — 42.

- — 86 — 42.
- — 268 — 22.<sup>2</sup> 50 s.

Londiniensis Musei Britannici Addit. 19458 — 37. 69 s.

- — Addit. 31919 — 48.<sup>3</sup>

\*Lugdunensis bibliothecae Municipalis 542 — 14. 18 (n. 29). 66.

\*Marcianus 344 — 31 (n. 84).

\* — 450 — 22 (n. 50). 47.

- — 451 — 41. 47.
- — II. 167 — 49.
- — II. 168 — 22.<sup>2</sup> 45 s. 48 ss.
- — VII. 25 — 90.
- — VII. 34 — 88.<sup>2</sup>
- — VII. 41 — 93.

\* — VII. 46 — 23 (n. 51).

Mediolanenses — v. Ambrosiani.

\*Messanensis 26 — 13. 19 (n. 31). 61. 65 s. 69. 73.

\* — 63 — 30 (n. 80). 89. 93.

\* — 87 — 30 (n. 81). 90.

- — 92 — 87.

\* — F. N. 20 — 31 (n. 85).

\*Monacensis 3 — 19 (n. 32). 56.

\* — 24 — 25 (n. 56). 82.

- — 146 — 87. 88.

- \*Monacensis 366 — 19 (n. 33). 58 s.
- \*—— 524 — 19 (n. 34). 20. 61.
- \*Mosquensis bibliothecae Synodalis 217 — 27 (n. 69). 86. 88.<sup>4</sup>
- \*—— — 379 — 30 (n. 82). 90. 93.
- — 412 — 86.<sup>1</sup> 88.<sup>2</sup>
- Ottoboniani — v. Vaticani Ottoboniani.
- Oxonienses bibliothecae Bodleianae:

  - \*Baroccianus 142 — 31 (n. 86).
  - 234 — 88. 106.<sup>2</sup>
  - \*—— 240 — 5 (n. 9). 20 (n. 35). 58.
  - Canonicianus 19 — 6 (n. 10).
  - Clarkianus 43 — 95. 96.
  - \*—— 44 — 6 (n. 11). 14. 65 s.
  - Laudianus 82 — 87.
  - Miscellaneus 229 — 88.<sup>1</sup>
  - \*Roeanus 9 — 6 (n. 12). 14. 66.
  - \*Seldenianus 46 — 6 (n. 13). 7. 14. 66.

- Oxoniensis bibliothecae Aedis Christi 77 — 38.
- Collegii Lincolniensis D Gr. 1 — 87.
- Collegii Reginensis 247 — 66.<sup>1</sup>
- Palatini v. Vaticani Palatini.
- Parisini bibliothecae Nationalis Francogallicae:

  - ancien fonds 513 — 90.
  - \*—— 548 — 26 (n. 61). 83.
  - 769 — 94.
  - 772 — 85. 88.
  - \*—— 976 — 20 (n. 36). 51.
  - \*—— 1190 — 29 (n. 76).
  - 1219 — 104.
  - 1448 — 90.
  - 1449 — 90.
  - \*—— 1451 — 25 (n. 58). 82.
  - \*—— 1453 — 7 (n. 14). 14. 63. 66. 68. 70.<sup>1</sup>
  - 1454 — 32.<sup>9</sup>
  - 1468 — 84 s. 95.
  - \*—— 1510 — 29 (n. 77). 94.
  - \*—— 1584 — 20 (n. 37. 58.)
  - \*—— 1546 — 28 (n. 74). 29 (n. 78). 94. 96.
  - 1551 — 84 s.
  - \*—— 1608 — 7 (n. 15). 13. 61. 63. 68.
  - \*—— 2463 — 41.
  - Coislinianus 223 — 72 ss.
  - 307 — 91.
  - Suppl. Gr. 241 — 83.

Patmuis monasterii s. Ioannis Theologi 179 — 42 s.

\* —— 257 — 7 (n. 16). 55 s.

— — 266 — 60 s.

— — 379 — 87.

\*Petropolitanus bibliothecae Caesareae Publicae 94 — 20 (n. 38). 59.

\* —— 96 — 31 (n. 83). 89.

\* —— 227 — 20 (n. 39). 21. 74.

\* —— 240 — 21 (n. 40). 74.

*rescripti codices* — v. Cantabrigiensis bibl. Vnivers. Addit. 4489 et  
Vaticani 984 et 1882.

Roeanus — v. Oxonienses Bodleiani.

Romani — v. Angelici, Chisianus, Vallicellani, Vaticani.

Sabaitici — v. Hierosolymitani.

Seldenianus — v. Oxonienses Bodleiani.

Sirmondianus — v. Berolinensis 219.

\*Taurinensis bibliothecae Nationalis 10 (B. I. 1) — 30 (n. 79). 82.

\* —— 78 (B. I. 21) — 21 s. (n. 46). 40.<sup>2</sup> 45.<sup>3</sup> 61.

Ulmensis Krafftianus — v. Dresdensis Da. 48.

\*Vallicellanus 36 (C. 34) — 1. 8 (n. 18). 11 s. 66. 68.<sup>9</sup>

\* —— 55 (D. 23) — 9 s. (n. 23).

\*Vaticanus 151 — 78.

\* —— 655 — 24 (n. 54).

— — 816 — 91

\* —— 819 — 26 (n. 64). 83. 85.

\* —— 822 — 22 (n. 47). 76.

\* —— 862 — 28 (n. 71). 86. 87.

\* —— 866 — 26 (n. 65). 84 s.

\* —— 974 — 1. 8 (n. 19). 11—13. 62 s. 65 s. 69. 73.

\* —— 975 — 8 s. (n. 20). 11 s. 62. 66.

— — 984 (*rescriptus*) — 82.<sup>2</sup> 103 ss. 113.

\* —— 1079 — 9 (n. 21). 11—14. 66. 69.

— — 1190 — 91.

\* —— 1572 — 22 (n. 48). 65. 78 s.

— — 1688 — 90, 4.

\* —— 1667 — 24 (n. 55). 82. 105.

\* —— 1671 — 27 (n. 66). 84 s.

— — 1809 — 108 s. (adn.) 111 ss.

\* —— 1882 (*rescriptus*) — 106 ss.

\* —— 1987 — 27 (n. 67). 84 s.

— — 1989 — 104.

\* —— 1991 — 28 (n. 73). 79.

— — 2014 — 107.<sup>1</sup>

— — 2084 — 93.<sup>4</sup>

Vaticanus Ottobonianus 390 — 8.<sup>2</sup>

- \*Vaticanus Ottobonianus 441 — 22 (n. 49). 48. 49 ss.  
 Vaticanus Palatinus 4 — 94.  
 \*——— 325 — 28 (n. 72). 85<sup>6</sup>. 88.  
 Veneti bibliothecae s. Marci — v. Marciani.  
 Vindobonensis hist. Gr. 8 (Nessel.) — 45.  
 \*——— 31 — 25 (n. 57). 82.  
 \*——— 37 — 9 (n. 22). 31 s. (n. 87).  
 ——— 38 — 90.  
 \*——— 45 — 27 (n. 68). 83.  
 \*——— 104 — 23 (n. 52). 47 s.

## B. CODEX LATINVS.

- \*Hafniensis bibliothecae Regiae, novae collect. 42<sup>b</sup> — v. ind. II: Tychseni et Moldenhaweri Catalogus codicum Graecorum Escorialensium.

## C. CODICES SLAVICI.

- Athous monasterii s. Pauli — 53.  
 \*Mosquensis Academiae Caesareae Ecclesiasticae 13 — 36 (n. 92). 97 ss.  
 \*Mosquensis bibliothecae Synodalis 992 — 26 (n. 60). 83.  
 \*Petropolitanus Academiae Caesareae Ecclesiasticae, Sophianus 1321 — 21  
 (nn. 42—45). 64.<sup>1</sup> 71. 75.  
 \*Petropolitanus Academiae Caesareae Scientiarum 25 (13. 3. 25) — 32  
 (n. 88).  
 \*Petropolitanus bibliothecae Caesareae Publicae F. IV. 91—33 (n. 89). 64.<sup>1</sup>  
 \*——— Q. I. 209 — 21 (n. 41). 53.  
 \*——— Q. I. 1187 — 26 (n. 62). 83.  
 ——— Pogodinianus 800 — 97.<sup>3</sup>  
 \*——— — 1440 — 34 (n. 91).  
 \*——— — 1441 — 33 s. (n. 90).  
 Rylensis 61 — 53.  
 Sophianus — v. Petropolitanus Academiae Caesareae Ecclesiasticae.

